

PROLEGOMENA

AD

ETYMOLOGICUM

LINGUAE GRAECAE.

Praefaturi nonnulla ad Etymologicum Lennepianum, primo loco quaedam dicemus de studii, five Etymologici, five Originum linguarum, in primis Graecae, Latinae, Hebraicae, quin et Belgicae, hoc nostro saeculo, inter Batavos incrementis: deinde, de commodissima, ut nobis quidem videtur, linguam Graecam, hujusque dialectum (potius, quam diversam inde linguam) Latinam, alteram ex altera, et invicem, quasi, illustrandi ratione: tandem de editione opusculi Lennepiani, quod prae manibus est.

Principio igitur neminem facile, paullo doctiorem, in regionibus nostris, repertum iri, confidimus, qui nesciat, *Tiberio Hemsterhusio*, in Graecis, *Alberto Schultensio* in Orientalibus, et *Lamberto Ten Cate* in Belgicis, novam viam, (aut potius veterem illam regiam, a *Scaligeris*, *Salmasiis*, *Casaubonis*, *Vossii*, commendatam) initio hujus saeculi, praeceuntibus, veras linguarum illarum origines in lucem protrahi coeptas esse; deinceps vero tantos in nobili hoc, et Philosophis non minus, quam Literatoribus, qui dici solent, dignissimo studio, factos fuisse progressus, ut *Valckenario*, *Ruhnkenio*, *Lennepio*, ceterisque viris, de schola illa eruditissimis, rem urgentibus, ut de Orientalibus taceamus, nunc quidem in Graecis potissimum ac La-

ti-

tinis pauca admodum restare videantur ((a), vel ipsi *Varroni*, Romanorum Grammaticorum doctissimo, et *Platoni*, inter Graecos summo Philosopho, Etymologiisque vocum explorandis quam maxime intento, olim ignorata) quae, in hac literarum Graecarum luce, dummodo regia illa via firmiter insitatur, ad oculum, quod ajunt, demonstrari nequeant.

Sed praestiterit hic tacere, quam aut nimium, aut parum, dicere. Neque mihi tamen tempero, quin ex elegantissimo illo Elogio, quod Tiberio Hemsterhusio, tanquam monumentum aere perennius, posuit Dav. Ruhnkenius, bona cum viri summi venia, quaedam huc pertinentia, etsi longiora fortassis, adscribam: quae uti legant, relegantque optimi juvenes, studia haec aemulantes, atque imitando contentur aliquando adsequi, literarum bonarum plurimum interesse autumo; quaeque simul ita comparata sunt, ut in unius Hemsterhusii imagine totam hanc rem nobis plenissime adumbrent.

„ Satis diximus, (verba sunt politicissimi Ruhnkenii in Elogii Hemsterh. p. 40 ff.) de infinita rerum copia et varietate, quam mente complexus est Hemsterhusius. Verum ad rerum intelligentiam nullus aditus patet, nisi per exquisitissimam scientiam linguarum, Graecae praesertim et Latinae. Hic quid me attinet
di-

(a) Vel ipsi *Varroni* — olim *ignorata*.] Haec, meo quidem iudicio, rectius non sistet. Neque enim vel Varro etymologicarum rationum admodum peritus fuit, vel Plato. De Varrone quid senserit Cl. Ruhnkenius, patet ex *Elogio* Hemsterhusii, cujus locum, ad eam rem pertinentem, laudat Scheivius. Plato autem in *Cratilo* multas, easque satis miras vocum profert derivationes, compositiones, etc. ut, ludere potius, quam serio agere videatur.

dicere, eum longa et accurata meditatione confectum esse, ut Graecae linguae nativam indolem, proprietatem, et arcana omnia teneret? Notior res est et testatior, quam ut pluribus verbis explicanda esse videatur. Itaque complector brevi, et, non exaggerandae rei causa, sed simpliciter et vere hoc dico, Hemsterhusium Graecarum scientia literarum omnino omnes, qui inde a renatis literis excellenter in iis versati sunt, ipsum etiam Isaacum Casaubonum, cui doctorum hominum consensus primas deferre solet, longo post se intervallo reliquisse."

„ Quod si magna ingenia non nisi novarum rerum inventionem metiamur, talem quoque sui mensuram vir summus, in hoc ipso linguarum studio, praebuit, inveniendae verissima Originum Graecarum ratione, singulari linguae Graecae, adde et Latinae, praesidio et ornamento. Hujus analogiae tanquam filo ductus, simplicissimas verborum formas, quae binis tribusve literis constarent, et una cum iis natas significationes indagavit, formas omnes et flexiones ad certam rationem revocavit, ex primariis notionibus secundarias, et consequentes elicit, earumque non solum cognationem, sed etiam migrationes ostendit, commentitias, anomalias, quibus Grammatici omnia perturbassent, explofit, denique tenebras linguae per tot secula offusas ita discussit, ut, qua lingua nulla est neque verbis, neque formis, copiosior, eadem jam nulla reperiat ad discendum faciliior. Sed hujus rei subtiliorem et exemplis confirmandam explicationem non capit popularis scriptio. Gratulemur potius aetatis nostrae felicitati, quae, quod majores nostri optarunt magis, quam sperarunt, id non tantum in Graecis, verum etiam in Orientalibus, uno tempore et inchoa-

tum et consummatum vidit. Etenim quod analogiae lumen Hemsterhusius linguae Graecae, id eodem tempore Orientalibus intulit Hemsterhusii civis, aequalis, condiscipulus, collega, amicus, unicus literarum, quas profitebatur, vindex, Albertus Schultensius."

„Hic forsitan dicat aliquis eorum, qui nolunt eundem hominem pluribus rebus excellere: sit sane ita: habuerit Hemsterhusius Graecarum literarum scientiam parem neminem. At Latinarum certe regnum penes alios est. Ego vero non dubitem contendere, eum Latine doctissimos non solum aequasse, sed, quod ad iumenta quaedam haberet, nec cognita illis, nec usurpata, superasse. Recte vir magnus statuebat, Latinam linguam Graecae sic aptam et nexam esse, ut, qui alteram ab altera distrahat ac divellat, animi et corporis discidium inducere videatur. Quod cum sibi idoneis rationibus persuasisset, eandem Latinae, quam Graecae, operam dedit, atque adeo, quoniam ejus proprium erat, nihil mediocriter scire, talem Latinae, qualem Graecae, facultatem consecutus est. Dicam, quod sentio, et, ut arbitror, dicam vere. Latinae linguae origines nemo mortalium ante Hemsterhusium recte cognovit. Viderant Varro & alii Romani, multa ex lingua Graeca in suam venisse. Aliquanto plura, quorum origo veteres scississet, ex eadem lingua repeterunt Scaliger et Salmastius. Sed adhuc dubia lux erat. Enimvero, inventa Hemsterhusii ingenio Graecae linguae analogia, simul etiam Latinae ratio diluxit, patuitque clarissime, quod pauci magis suspicati erant, quam intellexerant, totam fere Latinam linguam ab Aeolica fluxisse. Restat, fateor, pars quaedam, quae in vestra aliunde videatur. Verum aut fallor, aut exorietur aliquando vir doctus et ingeniosus, qui, Hemster-

Hemsterhusiana analogia adjutus, eam quoque partem ad Graecam originem revocet, planissimeque demonstret, omnem Latinam linguam pulchrae matris Graecae pulchram filiam esse."

„ Sed mittamus origines. Quantum Hemsterhusio praefidii esse debuit in Graecae linguae scientia ad Latinos scriptores rectius intelligendos? Constat inter omnes, scriptores, quos diximus, maxime Poëtas, Graecam formam singulis prope verbis expressisse, et innumerabiles lepores veneresque ex Graecis fontibus nunc apertius, nunc occultius derivasse. Nec M. A. Muretus dicere dubitavit, *eos, qui Graeci sermonis expertes sint, ne Latine quidem scripta penitus percipere posse.* Jam si cogitatione tibi fingendus sit harum elegantiarum interpres, an doctiorem Hemsterhusio reperias? Ipse vir summus sese in Latinis intelligendis sic a Graecis adjuvari sentiebat, ut interdum negaret, Poëtas eos, qui se totos ad Graecorum imitationem contulissent, nominatim Propertium et Horatium, Graece imperitis valde placere posse. Adeo multa, quae venustissima et exquisitissima sint, eorum sensum intelligentiamque fallere. Omnibus igitur modis bene a majoribus constitutam rationem, qua utriusque linguae studium conjungeretur, tuebatur, ab eaque non semel descitum esse, vehementer dolebat. Sub ipsa Academiae incunabula Leidae bonas literas docuit Justus Lipsius, perfectus literis Latinis, Graecarum mediocriter peritus. Is dicere ausus est, Graecas literas homini erudito decoras esse, necessarias non item. Quod stultissimum dictum Isaaco etiam Casaubono (b), quo
non

(b) Vide Casauboni Epistol. | 356. in Syllog. Burm. T. I.
291. et 294. et Lipsii Epist. | p. 376.

non fuit lenioris naturae Criticus, vehementer bilem movit. Sed bonum factum, quod tam pernicioſa literis opinio nullas radices egit. Mox enim tanquam coelo miſus Joſephus Scaliger, cui Batavi prope omnem rectum ingenii cultum, quem ex eo tempore ceperint, ſi grati eſſe velint, acceptum referre debent, Scaliger igitur cum ceteras ingenuas artes, tum Graecas literas, earumque cum Latinis conjunctionem, in his regionibus fundavit. Scaligerana diſciplina per Grotios, Heinfios, Gronovios, Graevios, et alios uſque ad patrum noſtrorum memoriam propagata eſt. Tum ruruſus plerique literatores, Gracis vel neglectis, vel leviter delibatis, in unis ſcriptoribus Latinis habitare coeperunt. Altero igitur Scaligero opus erat, qui Muſas Graecas fugam parantes liſteret, atque iterum cum Latinis artiſſimo foedere conſociaret. Is fuit Hemſterhuſius: quo bonarum literarum tutelam ſuſcipiente, brevi tanta rerum commutatio facta eſt, ut Athenae in Bataviam commigrare viderentur, nec tamen quicquam de ſummo Latinarum literarum ſtudio remitteretur."

Haëtenus Ruhnkenius. Unum fortasſe haud injuria doceas, viros illos Graecarum Latinarumque originum doctiſſimos, Hemſterhuſium, Valckenarium, Lennepium, ceterosque ex illius ſchola egreſſos, de elegantis his, in libris ſuis (maximo cum litterarum Graecarum et Latinarum Criticesque nobilioris emolumento editis) ad poſteritatis memoriam vix quidquam tranſmiſſiſſe, praeter oppido paucas obſervationes Grammaticas et Etymologicas, quibus, ipſa veluti neceſſitate cogente, uterentur, ad obſcuriores veterum ſcriptorum locos, phraſesve diſciliiores, illuſtrandos. Cetera omnia viri illi ſummi ſervabant ſcholis privatis ſuis:

fuis: ex quibus adeoque ingens fluxit observationum manuscriptarum copia, (*delicata* vulgo vocant literarum studiosi) in Homerum maxime, Euripidem, Aristophanem, Xenophontem, Aelianum, Aeschinem, Lucianum, et varias Novi Testamenti partes, ex ore clarissimorum virorum excepta, eaque ad literas has longe majori luce, quam haecenus adfulserat, persundendas, apprime commoda et propemodum necessaria.

Longe aliter instituerat immortalis magni Hemsterhusii collega et amicus, Albertus Schultensius, qui, inde ab edito aureo illo Originum Hebraearum opere usque ad luculentissimarum ad Ill. Menckenium Epistolarum evulgationem, hoc est, per integros paene triginta annos, nihil fere aliud publice egit, quam ut vocabulorum orientalium origines, indeque repetitas phrasum proprietates, accurate explicaret, adpersis pasim quoque permultis egregiis observationibus, quae facerent ad Graecas Latinasque voces rectius intelligendas, difficillimosque scriptorum veterum explicandos nodos.

Quod quidem perpetuum fere scholae Hemsterhusianae, de originibus vocabulorum, propriaque eorum significatione, in scriptis publice editis, et aetatem laturis, silentium ut saepius tacito mecum miratus fui, ita unam hanc, probabilem fortasse, ejus rei causam videor invenisse, quod, qua erant sagacitate Hemsterhusius, Valckenarius, Lennepius, et ceteri illi optimi viri, facile perviderent, exorturos fore, qui nobilissimo hoc originum studio, aut, prae nimio ejusdem amore, abuterentur, aut, praepjudicatis opinionibus occaecati, et his sacris minime imbuti, eidem protervius insultarent, utilissimaque inventa ridenda discipulis suis propinarent: quod utrumque utinam

experta non esset, neque hodiernum experiretur, scholæ Schultensiana!

Sed eo majores gratiae debentur viro illustri D'Ansenio de Villosion, eruditae Galliae egregio ornamento, atque ad has literas promovendas nato, quod (in *Animadversionibus ad Longi Pastoralia*, L. IV. p. 248.) silentium hoc ruperit, atque adeo cum Gallis suis, Hispanis, et Italis, primus communicaverit egregia quaedam Lennepii inventa Grammatica. „Atque hic quidem, inquit, (de futurorum temporum apud Atricos contractione agens) me nonnullam ab eruditissimis lectoribus gratiam initurum esse confido, si cum iis communicem, quae de hac futurorum et aliorum geminorum, ut putant, temporum forma, censuit Cl. Lennepius: cuius inedita in Graecae linguae analogiam Dictata vel pueris in Bataviâ notissima sunt, sed caeteras gentes, ad quas nunquam pervenerunt, et praesertim Gallos, Hispanos, et Italos omnino latent, quarumque adeo particula, hâc occasione datâ, proferenda est.” Haecenus ille. Sequitur, eo loco, Excerptum ex Analogia Lennepiana, quod ipsum, posteaquam a Villosiono publicatum fuerat, tanti quoque momenti visum fuit alii, inter Britannos Graecae doctissimos, viro in primis crudito, Thomae Burgesio, ut idem illud, de Futurorum contractione, excerptum Lennepianum repeteret, in *Adnotationibus ad R. Dawkinsi Miscellanea Critica*, p. 371. hoc addito encomio: „ut notiora fiant, cum digna sint.” Et haec quidem haecenus de studii Etymologici, Graeci in primis, hac aetate inter Batavos nostros, incrementis.

Alterum mihi propositum erat, ut dicerem quaedam de commodissima ratione, linguam Graecam, huiusque

que dialectum, linguam Latinam, alteram ex altera, et invicem quasi, illustrandi: in quo argumento nolim mihi succenseant doctissimi illi viri, qui cum Iusto Lipsio facere cupiant, viro *perfecto literis Latinis*, (ut Ruhnkenii mei verbis denuo utar) *at Graecarum medio-*
criter parito.

Equidem sic cenſeo, totam fere Latinam linguam ita comparatam eſſe, ut non modo verba ejusdem, tantum non omnia, origines Graecas manifeſto referant, (id quod in Indice Etymologico Latino, Lennepiano huic operi ſubjuncto, per inductionem ſingularum propemodum vocum Latinarum, demonſtrare conatus fui :) verum etiam ut integra, qua late patet, conjugatio verbi Latini, ex conjugatione Graecorum (quam quidem aequae, ut in Lingua Latina unicam, non plures numero ſtatuo) omnium optime poſſit illuſtrari.

Conjugationem, enimvero, unicam apud Latinos, aequae ac Graecos! ecquis magiſtellarum hic non rideat (c),
di-

(c) *Ecquis magiſtellarum* | vehementer dabit. Et ſi vel
hic non rideat etc.] Imitatur | maxime vera ſint; (quod ta-
hic Cl. Scheidius quosdam vi- | men nullo modo probari po-
ros doctos, qui, ſi quid novi | teſt) quam utilitatem ad lin-
et inauditi proferunt, *magi-* | guam latinam aut rectius, aut
ſtellarum nomine eos appellant, | celerius addiſcendam, habe-
qui diſſentire et obloqui aude- | ant, neſcire me, lubens fateor.
ant. Id quo jure faciant, ipſi | Mihi quidem multo ſimplicior
viderint. Scheidio quidem ve- | et facilior recepta de quatuor
ria danda eſt, ſi, quod alii | conjugationibus, ope vocalium
ante ipſam fecerunt, id ſibi | infinitivi diſcernendis, ſententia
imitandum exiſtimavit: ut, ſi | videtur. Quam qui reſellere
eri animus eſſet, inventa ejus | conabitur, eum aliquanto fir-
convellere, eum nominis con- | mioribus argumentis, quam
tumelia ab hac conata deter- | ſunt ea, quae in medium at-
reret. Ego tamen, quod pa- | tulit Scheidius, uti oportebit.
ce tanti magiſtri dictum ſit, | Nec conjugandi rationem ad
quae hic de una conjugatione | certam analogiam puto revo-
latina traduntur, an vera ſint. | cari poſſe, niſi ab eo, cui an-

dicamque violatae rei Grammaticae mihi scribat, homini in Orientalibus fortasse nonnihil versato, cum haec isti provincia obtigerit, at in Latinis Graecisque nimis multa nova molienti?

Neque tamen a veritate nimis abhorrere, quod modo innuebam, „ apud Latinos (nimirum si ad primam linguae formam attendas) *unicam* tantum esse, non plures, conjugationes,” facile mihi datturos puto, quotquot ad incredibilem naturae simplicitatem (quae in linguis quoque potissimum regnet) respicientes, secum consideraverint, omnia Praesentia olim terminata fuisse

tiquissima verborum flectendorum ratio sit cognita. Flectendi enim verbi non eandem plane rationem ab ipsis linguae latinae incunabulis fuisse, quae posterius, sed sensim paulatimque aliquid ea in re mutatum esse, omnes mihi datturos confido. Idem enim in linguis, quae *vivae* dicuntur, videmus accidisse. Sed cum vetustissimam verbi latini declinandi rationem non satis cognitam habeamus: praestat, a conjugationibus ad certam analogiam revocandis manum abstinere, quam frustra laborare, commentisque, quae probari nullo modo possint, adeoqu岸nera conjectura nitantur, lectoribus molestiam exhibere. Quod utinam eruditissimo Scheidio placuisset, nihil nisi cogitare scribere! Certe multa, quae nunc satis audacter proponit, omisisset. Nihil sane difficilius existimari debet, quam linguarum origo, et vera

ratio indulget, is saepe labatur, necesse est.

Sed, ut eo redeam, unde paulatim haec declinavit oratio; equidem sic statuo, quattuor esse in lingua latina conjugationes, ortas e Graecis verbis in *ω*, *ω*, et *ω*: ita ut exeuntia in *ω* primam dederint conjugationem; in *ω* secundam; tertiam et quartam in *ω*. Etenim, cum infinitivi multorum verborum revera penultima syllaba inter se differant; cumque praeterea etiam declinandi quoddam sit discrimen: cur ad unam conjugationem omnia revocari necesse sit, non video. Neque haec de quattuor conjugationibus sententia, quia vetus est, ideo minus vera videri debet. Ut enim nova inventa non continuo, quia nova sunt, vera existimari oportet; sic nec quidquid vetustum est, eam ipsam ob causam contemni, par est.

fuisse in o, omnia Praeterita in vi, aut i (d), omnia supina in tum (e), omnes Infinitivos in re.

Tabella conjugationis simplicissima haec esto:

Amo,	amavi,	amatum,	amare;
Deleo,	delevi,	deletum,	delere;
Peto,	petivi,	petitum,	petere,
Audio,	audivi,	auditum,	audire.

Verissimum quidem est, in conjugatione, vulgo dicta, *secunda*, magnam vim Praeteritorum dari, in vi desinentium, Supinorum item, terminatorum in itum, vel et in etum (f), uti v. gr.

Debeo,	debui,	debitum,	debere;
Docco,	docui,	doctum,	docere:

At in Praeterito illo perfecto, non, nisi adhibita contractione, veteres dixisse *docui*, pro *docevi* (g), *debui* pro *deberi*, vel me tacente, satis apparebit, modo attendatur ad normam sermonis in *oleo*, *olui*, *olere*, quod quum in composito quodam sit *olevi*, et *olui* (*adoleo*, *adolevi* et *adolui*, *adolere*) ecquis dubitet, in simplici forma etiam *evi* olim habuisse; ut ex *olevi*, nempe, vocali e extrita, factum sit *olui*: atque ita *oboleo*, *obolui*, pro *olevi*. Forma vetus superest non tantum

in

(d) Omnia Praeterita in vi, aut i] Certe addidit aut pro docevi] Haec ut vera esse, fateamur; quid tandem facias praeteritis, aliter exeuntibus, qualia v. c. sunt *risi*, a *rireo*; *haesi*, ab *harreo*; *prandi*, a *prandeo*; *lusi*, a *lusco* et *lugeo*? etc. An etiam haec ex *evi* contracta existimemus? Equidem, qua ratione id fieri potuerit, non satis perspicuo.

(e) Omnia supina in tum] Hoc probandum fuerat. Mihi quidem verum non videtur.

(f) In itum, vel et in etum] Etiam in sum, v. c. *Ridzo*, *rifi*, *rifum*; *harreo*, *haesi*, *haesium*; *prandeo*, *prandi*, *pransum*; *spondeo*, *spondendi*, *sponsum*, etc.

in *deleo*, *delevi*; et in *oleo*, *olevi*, quae diximus, ejusdemque compositis aliquot, *adoleo*, *adolevi*; *exoleo*, *exolevi*; *obsoleo*, *obsolevi* cet., verum etiam in *fleo*, *flevi*; *impleo*, *implevi*; *repleo*, *replevi*; *neco*, *nevi*; *vieo*, *vievi*: quorum indicium Grammaticae Vossianae grati debemus.

Progrediamur ad conjugationem, quae *tertia* vulgo dicitur; ubi illud tamen reticendum non est, quod, ex Charisio, docuit magnus Vossius (De Analogia, Libr. III, c. 18.) Comminianum, Grammaticum veterem disertissimum, statuisse, „conjugationes apud Latinos esse tres, primam, ut *amo*, *amas*; alteram, ut *video*, *vides*; tertiam, quae interdum producte, interdum correpte, terminetur, ut *lego*, *legis*, *audio*, *audis*.” Quae quidem ultima observatio si vera sit, mox inde consequetur, etiam in *tertia* ista conjugatione, aequae ac in *quarta*, tempora Praeterita perfecta olim in *ivi* terminari potuisse (*h*). Itaque qua lege, in *quarta* vulgo dicta, flecti solebat,

Audio, | *audivi*, | *auditum*, | *audire*;
eadem lege et in *tertia*, dixisse veteres oporteret,

Peto, *pro* petio, | *petivi*, | *petitum*, | *petere*.

Neque desunt hic nobis complura exempla formae plenioris (*i*):

Cupio, | *cupivi*, | *cupitum*, | *cupere*.

Sapio, | *sapivi et sapui*, | *sapere*.

Te-

(*h*) Olim in *ivi* terminari potuisse] Hoc inde non sequitur.

(*i*) Neque desunt hic nobis complura exempla formae plenioris etc.] Cupio antiquitus quanae fuisse conjugationis, patet ex Lucretio, cujus ver-

fus 72. libri 1. est: (*confringere ut arcta*) Naturae pri-
mus portarum claustra cupi-
ret. Eadem haud dubie ratio
est omnium verborum, quae
praeteritum in *ivi*, lupinum in
itum faciunt; ut haec Schei-
dium nihil juvent.

Tero, *pro* | trivi, *pro* | tritum, *pro* | terere;
 terio, | terivi, | teritum, |

Rudo, *pro* rudio, | rudivi *et* rudi, | rudere.

Ex quibus vel leviter inspectis, facile suspiceris, formam antiquam Praeteritorum perfectorum, et in *tertia* hac, quam dicunt, conjugatione, olim desisse in *ivi*, et, contractione facta, pro isto *ivi*, in multis existisse terminationem in *ii*, et *i*. Itaque, quemadmodum, pro *lacesivi*, dixerunt *lacesii*, *lacesi* (*k*); pro *capesiivi*, *facesiivi*, *incesiivi*, *capesi*, *facesi*, *incesi*; ita et, pro *fugivi*, *fugii*, tandem *fugi*, videntur pronuntiasse.

De industria superius dixi, „omnia Praeterita olim terminata fuisse in *vi*, aut in *i*,” et paullo infra, „tempora Praeterita perfecta in *tertia* conjugatione olim etiam in *ivi* terminari potuisse.” Minime igitur existimandum est, ea omnia, me quidem iudice, in *iva* terminata vere fuisse. Quorum haec cautio pertineat, apparebit ex sequentibus.

Sed pergamus ad *supina*, quae vocantur; quorum ratio etsi in *prima* et *quarta*, vulgo dicta, conjugatione perfacilis est, et obvia: in *secunda* tamen et *tertia* difficultate non caret. At uno ictu omnes dubitandi ansae facile praeceduntur, dummodo observaveris, *supina doctum* et *partum* (quae et tanquam paradigmata *supinorum*, in *secunda* et *tertia* conjugatione, poni possint) per elisionem quandam et contractionem fuisse enata, ex *docetum* et *paritum*. Formae veteris in *secunda* conjugatione exempla bene multa supersunt, *deletum*, *fletum*, *impletum*, *repletum*, *adoletum*, *exoletum*, *obsoletum* etc. descen-

(*k*) Pro *lacesivi*, dixerunt | *capesi*, *lacesi*, *facesi*, apud
lacesii, *lacesi* etc.] Ipse vi- | bonos scriptores occurrant.
 derit Scheidius, an praeterita |

descendentia quippe a verbis, supra jam memoratis, *deleo*, *fleo*, *impleo*, *repleo*, &c.; in *tertia* vero conjugatione similiter supersunt *capitum*, *tridam*, *ruinum*, et *litum*, a *cupio*, *tero* pro *terio*, *rao*, et *ūno*, sive antiquo *lio*: quin, et ipsum vetus *iliad paritum*, aequae ac *partum*, olim in usu fuisse, doceat Participium futurum *pariturus*, ex ipso Cicerone a Vossio laudatum. Ad di possunt alia nonnulla exempla, similiter contracta, *factum* pro *facitum*, a *facio*, *captum* pro *c. pitum* a *capio*, *jactum* pro *jacitum* a *facio*. Ex quibus hoc saltem certissime efficietur, quod supra posuimus, verborum Praeterita olim terminari potuisse in *avi*, *evi*, *ivi* (1); Supina vero in *atum*, *etum*, *itum*.

Verum inde et aliud elici jam potest consequens, haud minus in rem nostram utile: vocales istas *a*, *e*, et *i*, in *avi*, *evi*, *ivi*, atque in *atum*, *etum*, *itum*, nihil omnino facere ad discrimen ipsius conjugationis, atque solas (uti in Hebraicis institutionibus loqui solemus) *diversas species* unius illius et antiquissimae conjugationis constituere: quae conjugatio Praesentia sua tempora habuerit terminata in *o*, vel in *mi* (ut mox infra dicturi sumus) Praeterita porro in *vi*, cum digammate Aeolico praefixo, pro *fi*, Supina in *tum* (m), Infinitivos denique in *re*.

Sed,

(1) Olim terminari potuisse in *avi*, *evi*, *ivi*; Supina vero in *atum*, *etum*, *itum*.] Concedo, sic terminari potuisse. Sed quid hoc ad rem? Quid attinet scire, sic potuisse terminari? Revera sic fuisse terminata, probandum fuerat. Quod mihi quidem verisimile non videtur. *Supina in tum etc.*] Hoc, ut supra jam dixi, probandum fuerat. Quod cum Scheinius non fecerit: liceat mihi dubitare, an id, quod Vir doctissimus sibi periculerat, verum sit. Equidem vix credo, omnia praeterita et supina olim eodem modo terminata fuisse. Quae si eodem exitu, habuere: mirum sane est, re-

Sed, antequam pergamus, duo, triave adhuc monenda sunt, huc usque, quod sciam, nondum ab aliis observata. Primum esto, Praesentia tempora (paucissimis fortasse exceptis verbis) in *prima* illa, quae dici solet, conjugatione, non in o simplex, sed in o contractum ex ao, terminata olim fuisse: ut, nimirum, *amo* sit pro *amao*, non aliter, quam apud Graecos est *βοῶ*, pro *βοάω*, *γελῶ*, pro *γελάω*, *κλῶ* pro *κλάω* &c. Itaque comparatione instituta inter utramque linguam, Graecam et Latinam, facile jam elucescet, Latinorum *aro*, *aravi*, idem plane esse ac Graecorum *ἀρώ*, pro *ἀράω*. AESTIMO (ut *Vossio*, aliisque placuit) patebit compositum esse ex *aes*, et *timo*, *τιμῶ*, pro *τιμάω* exantlo vero dici pro *ἐξαντλάω*, compositum cum *ἀντλάω* atque ita in innumeris paene aliis, uti v. gr. in ipso *βοο*, *βοῶ*, pro *βοοο*, *βοάω* *cremo*, pro *cremao*, *κρεμάω* *domo* pro *domao*, *δαμάω* *fello*, sive *felo*, pro *felao*, *Φηλάω*, sive *θηλάω*.

Neque reclamant analogia ceterarum (quas nuncupare solent) conjugationum aut conjugationis specierum; sed eam rem potius quam certissime confirmat. Uti enim a *docere*, neglecta terminatione *re*, adscitoque *o*, tanquam adformante personae primae, enatum est *doce*,

ao-

centiores tantopere ab analogiae legibus, quas primi linguae conditores constituisent, recessisse, ut plurimis praeteriis supinisque alias terminationes dando, omnem analogiam tollerent. Nunquam persuaderi mihi poterit, talem analogiam, qualem Scheidius, Scheidiique causam tuentes volunt, olim in lingua Latina viguisse. Quae quidem analogia si in nulla linguarum, quae *vivae* vocantur, apparet: cur quaeso, in linguis, quae *mortuae* dicuntur, unquam fuisse, credamus? Linguae non formatae sunt a viris Sapientibus; sed major pars usui loquentium, vulgique adeo, debetur: ut mirandum non sit, si omnia ad analogiae leges exigi non possint.

decco, ab *audire*, *audi*, *audio*: haud aliter ab *amare*, exortum est *ama*, *amao*, contractum deinde in **AMO**.

Alterum observatum esto: verba Activa Latinorum antiquiora non in o solum, sed etiam in mi, sive potius in m, ex mi contractum, terminata fuisse. Itaque, quemadmodum Graeci dixerunt $\phi\acute{\omega}$ et $\Phi\mu\acute{\iota}$, Dorice pro $\Phi\eta\mu\acute{\iota}$, ita Latini veteres non tantum usurparunt suum *fao*, *fo* (unde *for*, *fari*) sed etiam *fumi*, sive *quami*, unde superest compositum $\epsilon\upsilon\Phi\alpha\mu\acute{\iota}$ *inquami*, quod, contractius, INQUAM fuit pronunciatum. Plura huiusmodi infra recurrent.

Tertium denique succedat observatum: verba Passiva Latinorum veterum (praeter terminationem, Latinis consuetam, in or) etiam alteram in mai habuisse, unde Participium Latinum Passivum ortum est, in MENOS, sive MENUS, terminatum: haud aliter atque a $\tau\acute{\upsilon}\pi\tau\omega$, $\tau\acute{\upsilon}\pi\tau\omicron\mu\alpha\iota$, est $\tau\upsilon\pi\tau\acute{o}\mu\epsilon\nu\omicron\varsigma$. Exempli loco sit nomen *Vertumnus*, sive *Vortumnus*. Quid enim, quaeso, hoc aliud est quam *vertomenus*, a *verto* sive *vorto*, *vortomai*? unde et *fortuna* (quasi *fortunna*, ut Perizonio placuit) pro *fortunena*, ab eodem *Ferto*, siue *verto*. Cui addas licet *auctomnus*, pro *auctomenus*, ab *aucto*, *auctomai* &c.

Argumenti, ni fallor novi, iucunditas, in patientiore campum me deduxit quam, ingressu qualiscumque huius descriptionis, decurrere destinaveram. Itaque bona cum venia lectoris mei rem adhuc altius repetere mihi liceat, aperteque magis et simpliciter profiteri, linguam Latinam non adeo de Graeca ductam esse, quam potius, ipsam totam esse Graecam (n), non in
ver-

(n) *Totam esse Graecam*] Scheidianam probantes rationem

verbis tantummodo (quod alii jam docuerunt) aut in nominum declinationibus, quae vocantur, sed in ipsis adeo verborum conjugationibus. Hoc vero ubi plenius paullo demonstravero, verissimum quoque esse apparebit id, quod supra satis audacter dixeram „apud Latinos non secus, atque apud Graecos, unicam tantum dari conjugationem.”

Nimirum verba simplicia Latinorum (non aliter quam in lingua Graeca) aut *bili-era* sunt, aut *trilitera*, aut ad summum *quadrilitera*. Quae a sono efficta sunt, ut *coaxo*, *murmuro*, et similia (sicuti apud Graecos) de hoc numero sunt eximenda.

Quemadmodum igitur in Graeca lingua, ex *Lennepii* observatis, dari constat *quinque* biliteras formas:

ἄς, ἔς, ἴς, ὅς, ὤς,

olim etiam in μ terminatas, ut

ἄμ, ἔμ, ἴμ, ὅμ, ὤμ.

haud aliter apud Latinos (origine quippe sua Graecos, sed diversas duntaxat literarum figuras, ex Graecorum

ta-

nem, non difficile est, omnia prorsus latina vocabula, nullo excepto, ad Graecos, origines revocare. Nihil est in facilius, quam Graecum Vocabulum, unde latina vox ducatur, co-figere. Etsi autem negari non potest, maiorem linguae latinae partem e Graeca lingua fluxisse, cuius satis constat, columnos Graecos in Italiam deductos esse: tamen, quia antiquissimos Italiae incolas omnes Graecae fuisse originis, probari non potest; totam linguam latinam e Graeco fonte derivatam, certis argumentis ostendi nequit. Hinc apparet, quam caute in vocum originibus scrutandis progrediendum sit. Ceterum, quod Schellius affirmat, *linguam Latinam non adeo de Graeco ductam esse, quam potius ipsam totam esse Graecam, non in verbis tantummodo — aut in nominum declinationibus, quae vocentur, sed in ipsis adeo verborum conjugationibus*; id haud dubie, ut novi inventi gloriam ferret, ideo dicit, quia ante ipsum dictum nondum fieri; ita autem probat, ut hoc re p. tius, quam serio agere videatur.

tamen literis propagatas, adhibentes) fuisse conjicio
quinque verba bilitera:

 $ao, eo, io, oo, uo,$

vel et cum terminatione *mi* prolata.

ami, emi, imi, omi, umi:

aut contracte potius, ut fieri solebat, pronunciata,

am, ein, im, oin, um.

Cave hic te deludi existimes, mi lector: nam etiam si ceterae nostrae hypotheses falsae essent, hoc tamen longe foret certissimum, priscas istas stirpes biliteras, *eo, eo, io, oo, uo*, in lingua Latina adhucdum conspicuas esse, si minus in forma earumdem primigenia, at certe in forma recentiori, et leviter tantuminde variata.

Quid enim, quaeso, aliud est Latinum *FAO*, unde, *fō* et Depon. *for* effectum est (quemadmodum *flo* et *flor*, *flaris*, sunt a *fluo*, *flo*, *φλάω*, *φλῶ*) quid igitur aliud est Lat. *fao*, atque Gr. *φάω*, sive *ῥάω*, praeposito digammate Aeolico, effectum ex *ῥω*, sive *AO*? Vide hic Etymologicum nostrum in *Φάω*, comparato simul ipso verbo *ἄω*. Ab *ῥω* certe isto superest, obviū toties apud Homerum, *ῥ*, i. e. *dixit*, non sane pro *Φῥ*, et hoc pro *ἔΦη*, a *Φημι* (*n*), (ut male existimari solet) sed pro *ἔαε*, ab *ἔωον*, *ἔαεε*, *ἔαε*, Praeterito Imperfecto verbi *ῥω*; uti in Analogia perspicue docuit Lennepius. Ab eodem isto *ῥω*, *ao*, etiam formatum fuisse Latinum *AJO*, hoc est *aiō*, equis cum ratione dubitet?

Alterum primitivum EO, *ěw*, manifesto superest non tantummodo in ipso verbo EO, *is*, *ire*, EUNT, sed etiam in (Futuro verbi *sum*) ERO, ERIS, ERIT. Id

VC -

(οὐδ' ἐροῖται, etc.) Iuno est a verbo ἔρω, ut φῦ, pro
ἔφη, a φημί.

veteres pronuntiabant ESO, ἔσω; (quod dedit ἔσονται) unde novum quoque verbum ductum est *eso*, *esere*, ex quo superest infinitum ESSE, pro *estre*, *esere*, plane uti ex *velre*, pro *velere*, est *velle* &c.

Tertium primitivum IO, ἴω, quis non statim agnoscat in Infinitivo IRE, et in personis obliquis Praesentis verbi, *eo*, *is*, *it*, *imus*, *itis*, *eunt*; in Imperfecto quoque IBAM; in Perfecto IVI; in Imperativo I, vel ITO &c. Ex quo quidem IO Latinis, cum Digammate Aeolico praeposito, quoque usitatum fuit verbum Substantivum FIO.

Quartum primitivum OO, ὦω, clare etiamprehendas in FĒŴ, unde orta *forem*, *fores*, *fore*. Inde quoque fluxit OVO, unde *oris*, ὤϊς, *olis*, nec non *ovum*, ὠν, ὠφόν etc.

Quintum denique VO, ὤω, superest in Fuo, ut OO in Ioo, *forem* &c. Unde enim alioqui fieri potuisset, ut verbo SUM (efficto ex SUMI, ut statim sumus dicturi) adjungerentur Praeritum Indicativi *fui*, pro *fini* et Imperfectum Subjunctivi *forem*, *fores*, *foret*, Infinitivus item *esse*, et Praesens Subjunctivi *sim*: nisi *fui* repetendum esset ab ὤω, VO, ut *esse* enatum diximus ex ἔω, EO; *fio* ab IO; *forem* a fno, pro OO?

Verum, inquires, quamvis tibi dederim, *quinque* verba ista, quae dixisti, *ao*, *eo*, *io*, *oo*, *uo*, in remotissimis linguae, sive Latinae sive Graecae, originibus, tanquam stirpes quasdam fingendas nobis esse, unde numerosissima verborum soboles succreverit; quibus tandem rationibus tu mihi persuadebis, Latinos illos antiquissimos alias quoque eorundem verborum formas in *mi*, vel in *m'*, terminatas, *ami*, *emi*, *imi*, *omi*, *umi*, id est contrahiores in *am*, *em*, *im*, *om*, et *um*, olim frequentasse?

Difficilior, fateor, mihi hic quidem accidit probatio, quum de quinque illis, *ami, emi, imi, omi, umi* aut duae aut tres formae, *ami, emi, omi*, ita plane intercidisſe videantur, ut vix earum vestigia nunc possis agnoscere. Neque tamen de reliquis desperandum est: modo cogitemus, litera S, loco spiritus, ab initio vocis posita, pro *imi*, et *umi*, postea *fini* et *sumi*, sonari oportuisse. Eequid vero τὰ *fini*, et, contractum hujus, *sim*; *sumi* item, et abbreviatum *sum*, aliud nobis exhibent, quam tempora Praesentia Subjunctivi et Indicativi in eodem illo verbo Substantivo, *SUM, FUI, ESSE*, adſcita? Quid? quod ea ratione facile nobis constabit integri verbi *SUM*, per omnia sua tempora, ſectendi ratio?

Hoc enim pacto prima Praesentis Indicativi persona erit *SUM*, pro *sumi*, ab *umi*: Imperfecta autem *ERAM, ESSEM*, et futurum *ERO*, repetenda erunt ab eo: Perfectum *FUI*, indeque derivata tempora, *fueram, fuero, fuerim, fuisset*, descenderint a *Fuo*, pro *uo*: Praesens Subjunctivi *sim*, pro *fini*, erit ab *imi* (p); Imperfectum denique *forem*, a *Fuo*, pro *oo*: quod ipsum *foo* Infinitivo Praesens suum quoque dederit *fore*; quemadmodum alterum *eo*, ſive potius obſoletum, at productius tamen, *ēēo, eſeo*, ex ſe praebuerit τὰ *ēſre, eſre, eſſe*, ultima conſonante priori adſimilata, ut in *velle* pro *velſe* &c. Patebit quoque ex haecenus diſputatis, ſolam formam *ao*, vel *ami*, ab ea verbi Subſtantivi eſformatione excluſam fuiſſe:

ni-

(p) *SIM*, pro *fini*, erit ſi ne, ſaris apparet ex *velim, aſtim*.] Non *pos eſſim* repetere a conſonante ſiſto *imi*. Subſtantivum *ſim* in *im* exiſte, ſaltem in tertia conſuga-

ti ne, ſaris apparet ex *velim, aſtim, malim, duim* etc. quae paſſim occurrunt. Ita- que a *ſim* formatum eſt *ſim*, non ab *imi*.

nisi forte suspicari malis, propter soni convenientiam (quae inter o et a obscurius pronunciata deprehendatur) formas ao et oo, aut in vicem permutatas, aut pro iisdem acceptas fuisse.

Progrediamur jam ad recensitionem reliquarum formarum verbi, maxime simplicium, sive *triliterarum*, quas, ex mente *Hemsterhusii* et *Valckenarii*, (*Analogiae* Cap. XII, p. 167.) exhibuit *Lennepius*. Sunt vero haec (si literas Alphabeti simpliciores adhibeas, B, C, D, G, L, M, N, P, R, S, T, easdemque literas ab initio praeposueris) numero quinquaginta quinque:

Bao, beo, bio, boo, buo:
 Cao, ceo, cio, coo, cuo:
 Dao, deo, dio, doo, duo:
 Gao, geo, gio, goo, guo:
 Lao, leo, lio, loo, luo:
 Mao, meo, mio, moo, muo:
 Nao, neo, nio, noo, nuo:
 Pao, peo, pio, poo, puo:
 Rao, reo, rio, roo, ruo:
 Sao, seo, fio, soo, suo.
 Tao, teo, tio, too, tuo.

Sin vero easdem undecim Alphabeti antiquissimi consonantes in medio duarum vocalium collocaveris, alias quinquaginta quinque formas inde enasci deprehendes;

Abo, ebo, ibo, obo, ubo.
 Aco, eco, ico, oco, uco.
 Ado, edo, ido, odo, udo.
 Ago, ego, igo, ogo, ugo.
 Alo, eio, ilo, olo, ulio.
 Amo, emo, imo, omo, umo.

Ano, eno, ino, ono, uno.

Apo, epo, ipo, opo, upo.

Aro, ero, iro, oro, uro.

Afo, efo, ifo, ofo, ufo.

Ato, eto, ito, oto, uto.

Taceo jam, in superiori illa classe, pro *baō, beō, ēō, ēo, luo*, antiquissimam linguae normam etiam praebuisse quinque formas, *bami, bemi, bimi, bomi, lami*. Sed hujus quidem posterioris formae, in *mi*, uberior demonstratio nobis ad ulteriora servanda est.

Tu vero, lector fontium linguae detegendorum cupide, paullo attentius quaeso, hic, inspicere agmen illud CX, quae exposuimus, *verborum trilaterorum*, sive malisea Latina, sive Graeca appellare. Latina quidem hoc in censu nobis Graeca sunt: Graeca sunt Latina. Una lingua est: diversae sunt dialecti. Aut ego vehementer fallor, aut oculis jam ipse tuis multas hic agnosces, sive usitatas adhuc, sive obsoletas, stirpes Latinas: et vel sic tamen, haud ignobilem harum supersse progeniem, nullus negabis.

Itaque de priori illa classe *quinguentia et quinque* verborum, a consonante aliqua incipientium, quae diximus, *baō, beō, bio* cct. commune sermonis antiquioris naufragium vix evasisseprehendimus *se* verba:

cio, civi, citum, cire:

do (pro *dao*) *dedi, datum, dare:*

luo, lui, luere:

neo, nevi, natum, nere:

tuo, tui, tutum, tuere:

luo, fui, factum, fuere.

Quae his addenda videri possint, *leo, leavi; lio, liari; meo, meavi; pio, piari*. meo quidem iudicio ad deri-

derivata potius pertinent. Sunt enim per contractionem formata pro *beao*, *liao*, *meao*, *piao*, unde facta sunt *beo*, *lio*, *meo*, *pio*, ut Graeca βῆω pro βῆω &c.

Sed ad eandem classem insuper referenda sunt, non ipsa quidem in lingua Latina servata, sed ex compositis cum praepositione *imbuo*, *incluso*, *deleo* haud dubie restituenda:

buo, *bui*, *butum*, *buere*;

duo, *dui*, *dutum*, *duere*;

leo, *levi*, *letum*, *lere*;

quibus si adjunxeris ea, quorum in derivatis formis vestigia sunt, hic illic, certissima, permagnus sane numerus *thematum trilateralum* hujus classis, secundum linguae analogiam, restitui poterit. Quod antequam brevissime facere adgrediamur, in memoriam lectoribus meis revocanda sunt ea, quae de *verbis quadrilateralis*, de *verbis derivatis proximis*, et *secundariis*, sive *productioribus*, ceterisque huc pertinentibus, in Analogia linguae Graecae (Capp. XII–XV.) perspicue docuit cel. Lennepius; quae fere omnia ad linguam Latinam, (modo Graeca verba ibidem descripta, elementis Latinis repraesententur) nullo negotio transferri possunt.

Age, igitur, hujus rei specimen quoddam capiamus. Audacter dico, bene multa verba primitiva, a nobis superius (p. XXI.) descripta, at in lingua Latina deperdita, ex formis derivatis, quas diximus, certissima lege posse restitui, et quasi postliminio revocari.

Stirpem BAO s. βῆω revera olim existisse in fundo linguae Latinae, probat inter alia vox *baculus*, diminutiva a *lacus*; manifesto quippe ducta a βῆω. Vide de hac et sequentibus omnibus, si tanti est, Indicem Etymologicum. Alterum *beo*, βῆω, vestigium

fui reliquit in *beo*, *beo*, de quo supra diximus. Ter-
tium *bio*, βίω, superest in *bino*, *bivere*; nisi for-
tasſe *b* hoc, ab initio, pro adſcitiſſimo elemento
habeas, ut ſtirps proprie ſit *io*, unde *bio*, *bito*. *Boo*,
βόω, derivatum nomen dedit *los*, *bovis*, βόας, βόε. *Buo*,
βύω, produximus jam ſupra ex *imbuo*, certiffime inde
compoſito.

Eodem jam tramite pergere nobis licebit, ut pri-
ſcas verborum ſtirpes, derivatarum formarum ope,
repræſentemus.

CAO, κάω, ſuperest in *cavo*: CEO, κέω, in *cedo*, et
in *cereo*: COO, κώω, in *coſa* et *coxa*: CUO, κύω, in *cu-
mus*, *cumulus*, *cutis* &c.

DEO, δέω, in *deceo*, *deceſcit*, a δέω, δέδεκα: DIO, δίω,
in *dico*: DOO, δώω, in *dono*, ut DAO in *dano*, atque ita
deinceps.

GAO, γάω, in *ganea*, *ganeum*: GEO, γέω, in *geno*:
GIO, γίω, in *gingiva*, pro *gigiva*: GOO, γόω, in *gom-
plus*.

LAO, λάω, in *lana*: LOO, λώω, in *lorum*. MAO,
μάω, in *mater*: MIO, μίω, in *mina* (*q*): MOO, μόω, in
abſol. *movo*, *moveo*: MUO, μόω, in *mutus*. NAO, νάω,
in *natus* (*r*): NIO, νίω, in *nitor*: NOO, νόω, in *noſco*, *novi*.

PAO.

(*q*) MIO, μίω, in *mina*.]
Cur non potius in *minuo*?
Quis pro certo affirmare au-
ſit, *mina* originis eſſe Græc-
æ?

(*r*) NAO, νάω, in *natus*.]
Cur non potius in *naſcor*, unde
natus deſcendit, contra-
ctum ex *naſcitus*? Etenim ſi
nao latinum fuerit verbum;
ſed quo vehementer dubito)
naſcor quin inde deſcendat,
dubitari non poſteſt. Sed om-

nia iſta verba trilittera, quæ
ponit Scheidius, uſitata olim
apud Latinos fuiſſe, mihi qui-
dem veriffimile non videtur.
Quia nonnulla recepta eſſe,
conſtat; indene ſequitur, nul-
lum Græcos habuiſſe ver-
bum trium litterarum, quum
Latini ſuum fecerint? Mihi
quidem non videtur; nec,
ut hoc urar, ullam eſſe pu-
to neceſſitatem credendi,
Cuo, unquam in lingua La-
ti-

PAO, πᾶω, in *pasco*, *pavi*: PEO, πέω, in *penus*, *penis*: POO, πῶω, in *posco*: PUO, πύω, in *puteo*, *puteus*.
 RAO, ῥᾶω, in *rado*: REO, ῥέω, in *remus*: RIO, ῖω, in *rivus*: ROO, ῥῶω, in *robur*. SAO, σᾶω, in *sanus*: SEO, σέω, in *seta*: SIO, σίω, in *sino*, *siri*: SOO, σίω, in *solvo*. TAO, τᾶω, in *tama*, *taceo*: TEO, τέω, in *temo*.
 TIO, τίω, in *timeo*: TOO, τῶω, in *tomacula*.

De altera classe *primitivorum trilaterorum*, (supra recensitorum p. XXI, et seq.) quorum, nempe, in initio (s) aliqua undecim literarum consonantium habetur, quamque itidem LV verba in se comprehendisse

dixi-

mina viginis, quamvis *Cado* et *cavo* inde repeti possint. Latini enim a καὼ, Graeco verbo, inserto *d*, potuerunt formare *Cado*; digammate a οἶκο interposito, *cavo*. Item de aliis hujusmodi vocabulis dictum accipitur. Sic, v. c. nec ex voce *Mater*, effici posse, *Mao*, latinum fuisse vocabulum, vel me tacente, intelligitur; cum *Mater* a Graeco μάτηρ, Aeoī. μάτηρ, repetendum esse, certissimum sit. Quis, quaelo, si i. perluadeat, Latinos, linguam suam e Graeca formantes, easdem sibi praescripsisse leges, quas Graeci fecuti essent? Imo, ne verum quidem videtur, totam linguam latinam e Graeco fonte manasse; sed probabile est, multas voces ex antiquissimorum Italiae incolarum sermone in lingua latina remansisse. Ceterum, quidquid sit, illud certum videtur, cum lingua latina nasceretur, multa jam trium verba literarum

apud Graecos ex usu cecidisse, ut Latini recipere non potuerint. nisi ea, quae etiamnum in usu essent. Et ne Graecam quidem linguam eo modo, quo hic traditur, factam esse, ita demonstrari potest, nullus ut dubitandi relinquatur locus. Quam ita formatam esse, si vel certissime constaret: tamen de multorum latinorum vocabulorum, quae hic a Graecis trilateris repetuntur, notatione dubitari possit. Non enim sufficit, esse soni quandam convenientiam: significationis quoque vinculum intercedat, oportet; sine quo omnis derivandi labor inanis est. Ceterum Scheidianaratio hoc commodi habet, quod viam monstrat, qua omnes voces latinae facile ad Graecas origines revocari possint. Facillimum enim est, verba trilatera, unde voces latinae ducantur, fingere.

(s) *In initio.*] Lege: *in medio.*

xxvi PROLEGOMENA

diximus, adhuc supersunt integra, ni fallor, VI verba:

ico, edo, ago, alo, emo, uro:

quin et *uto, utis* (pro quo postea, Deponentis verbi forma, *utor* invaluit) usitatum olim fuisse, docet Priscianus L. VIII, p. 799. Accedunt e productioribus, per vocalem (ante terminationem O positam) verba VI alia ejusmodi:

oco, sive *occo*, pro *occao*; *amo*, pro *amao*, quod et pronunciatum fuit, fortasse, *abo*, pro *abao*; *aro*, pro *arao*; *aso*, sive *asfo*, pro *asfao*; *oro*, pro *orao*.

Ex quibus igitur LV. vix XII. naufragium commune evasisse dixeris. Quo melius consultum fuit linguae Latinae, quod, qua lege in superiori illa classe, ne unicam quidem stirpem desiderari ostendimus, quae ex derivatis productisve vocum suarum formis repraesentari nequeat: ita et hoc in ordine paucissimae tantum stirpes desiderari videantur, quae tamen et ipsae ex vocabulis, verisimiliter admodum inde derivatis, linguae Latinae reddi possint, et postliminio sedibus suis restitui. Hic tamen statim ab initio observandum est, Latinos illos veteres, pro *abo*, *ebo*, *ibo*, *obo*, *ubo*, (si quidem primam hanc ejusmodi verborum seriem vere admiserint) littera *b*, tanquam *v* pronunciata, videri quoque dixisse *avo*, *evo*, *ivo*, *ovo*, *uvo*.

Hoc quidem pacto (1) superstitia verba habebimus: ABO s. AVO, ἄβω, in *aveo*: EBO, ἔβω, in *ebulum*: IBO, ἰβω, in *ibex*: OBO, ὄβω, ipsum fortasse thema, in *ovo*, pro *orao*: UBO, ὕβω, in *uber*.

ACO, ἄκω, in *acco*: ECO, ἔκω, in *ex*, ἔξ, pro *ec*,
ecos,

(1) *Hoc quidem [abo etc.] una foni qualem similitudine*
Haec omnia incerta sunt, et [mutantur].

ecet, ἔκος: similiter in *ec*, pro *eci*: *uco*, ὕκω, apud Graecos in ὕκος, ὕκης, ὕκελός. *Ado*, ἄδω, in *ador*: *ido*, ἰδω, in *idus*: *odo*, ὀδω, in *odor*: *udo*, ὕδω, in *udus*. *Ego*, ἔγω, in *egeō*: *igo*, ἱγω, in *ignis*: *ogo*, ὄγω, apud Graecos, in ὄγμος, aliisque: *ugo*, ὕγω, ipsum forte Latinorum *fugo*. *Elo*, ἔλω, in *clementum*, in *venum*, et *velle*, pro *velere*, *v* praefixa: *ilo*, ἱλω, in *ilic*, *ilia*: *olo*, ὀλω, in *olus*, quin potius in *volo*, *volvo*: *ulo*, ὕλω, in *ulva*, *sylva*. *Imo*, ἱμω, in *imus* (*u*), *simus*, *simā*, *simum*: *omo*, ὀμω, in *vomo*, *omentum*: *umo*, ὕμω, in *humus*.

Ano, ἄνω, in *anas*, *anus*, *annus* (*v*): *eno*, ἔνω, in *seneco*, *senex*: *ino*, ἱνω, in *inae*, nisi ipsum quoque sit verbum *fino*: *ono*, ὄνω, in *onus*, *honor*: *uno*, ὕνω, in *unus*, *unio*. *Apo*, ἄπω, in *apis*, *apiscor*, *aptus*: *epo*, ἔπω, in *epulum*, et in *equus*, Gr. ἵππος: *ipo*, ἱπω, in Graecorum ἵπος, ἱππος, cognato Lat. *equus*: *opo*, ὀπω, in *opus*, *opto*, quin et in *oculus*, *p* et *c* permutatis: *upo*, ὕπω, in ὑπὸ, et Lat. *sub* pro *sup*. *Ero*, ἔρω, in *ervum*, aut in ipso verbo *fero*: *iro*, ἱρω, in *iris*. *Eso*, ἔσω, in *esus*, *esca*: *iso*, ἱσω, in Gr. ἵτος: *oso*, in *ostium*: *uso*, ὕσω, in *usus*. *Ato*, ἄτω, in *at*, *ater*, *satis*, *sat*: *eto*, ἔτω, in *et*, et ipso verbo *veto*: *ito*, ἱτω, in *stus*: *oto*, ὀτω, in *otium*.

Sed vereri jam incipio, ne, minutae supellestilis curiosa nimis recensio, lectoris oculos fatigaverim. Itaque, ne ultra modum excrescant qualiacumque haec,

(u) <i>Imo</i>, ἱμω, in <i>imus</i>.] Perperam; cum <i>imus</i>, ut vel pueri norunt, contractum sit ex <i>infirmus</i>, aut <i>intimus</i>. <i>Imo</i> nullius est frugis.	(<i>een endvogel</i>); <i>anus</i>, (<i>een oud wijf</i> f. <i>podex</i>); <i>annus</i>, (<i>het jaar</i>), ejusdem sunt origi- nis? Equidem, quae signi- ficationis intercedat convo- nientia, velim scire.
(v) <i>Ano</i>, ἄνω, in <i>anas</i>, <i>anus</i>, <i>annus</i>]. Ergo <i>anas</i>,	

xxviii PROLEGOMENA

haec, (quae breviora esse cuperemus) prolegomena; thesibus aliquot reliqua persequemur. Earum thesium esto

I. In verborum (*primitivorum* vulgo dictorum) formis, quae non, nisi vocalibus *a, e, i, o, u*, sunt diversae, arctissima passim deprehenditur cognatio, tantae saepe adfinitas, ut pro iisdem fere verbis possint haberi. Exemplo sint ipsa primitiva bilitera *uo, eo, io, oo*, aut formae eorundem (per *mi*, five *m* prolatae) *umi, imi* etc. Ex quibus quatuor (diversis aliqui formis) conflatum esse vidimus unum verbum Substantivum *sum, eram, fui, ero, sim, forem, fuerim, esse*.

II. In gemina classe trilaterorum primitivorum, *baa, bea, aba, eba* etc. nonnulla sunt, non tantum inter se cognata, verum etiam classi biliterorum, aut ipsis forte trilateris, ita adfinia, ut formas suas magis inde videantur accepisse, quam ut ipsa verbum aliquod primitivum constituent. Ita, v. gr. dubium adhuc est, utrum revera olim exstiterint stirpes *oto, eto, ito, ufo, ofo, ifo, efo*, an formae, huc pertinere visae, potius referri debeant ad verba bilitera, *oo, eo, io, uo*, aut ad trilatera *edo* etc.

III. A biliteris istis et trilateris primitivis, ope novarum vocalium, vel et consonantium, fisdem insertarum, multae novae ductae sunt formae, quales tamen incertum quoque est, utrum pro derivatis biliterorum, trilaterorumve, an pro aliis primitivis, (plures literas radicales habentibus) accipiendae sint.

Ita v. c. a stirpe *eo*, unde (digammate Aeolico r praeposito) haud dubie factum est *fao, fo*, in Deponentis forma *for, faris, furi*; ab eodem igitur *eo*, inserta vocali *i*, similiter descendit *eio*, five *ajo*. Ab eodem quo-

quoque primitivo, *ao*, videri posset nova verbi forma derivata esse *ano*, indeque deinceps *anio*, unde sunt *animus*, *anima*, et ipsum verbum *animo*, *animari*, quod ex se dedit formam nominis Participialem *animans* etc. A *bio*, inserta *b*, factum est *bibo*, fere ut a Gr. *πίω*, inserta *v*, factum est *πίω* de qua quidem posteriori forma dubitare nos non patitur comparatio vocum Gr. *πέμν* ac *πίσις*, Latinarumque *potio* et *potus*, a *πώ*, *poo*, (cognata forma alteri *πίω*) derivatarum. A *doō* productum esse *domo*, pro *domao*; *donare*, ut a *δάω*, Graecis est *δαμάω*, *δαμῶ*, quis hic non suscipitur?

Sane a *δέω* similiter est *δέμν*, unde *δέμας*: et, ne dubitemus, quin omnino *δέμν* hoc ex *δέω* sit repetendum, liceat comparatio vocis *δέμα*, Latine *vinculum* notantis. *Δέμα* enim utique est a *δέω*, *vincio*. Porro, uti a *πίω* factum est *πίω*, inserta litera *v*, sic a *δέω*, *deo*, est Lat. *donum*, Graecis diversa forma elatum *δέμα*. Ab *aco*, *ēac*, sunt *aceo*, *acus*, *acies*; ab *alo*, *aleo*, *alea*; ab *aleo* (*αἰλέω*, *alega*) *alga*; ab *amo*, *amco*, pp. *attrahō*, *contrahō*, et hinc i. q. *ἀττράζομαι*. Diverso quoque significationis flexu, inde est *avarus*, pp. *contrahens* ora; ab *amco* etiam sunt *amafō*, *amafō*, ut ab eodem *amo*, *amio*, est *amufō*, *amufō*, et hinc *amufis*, pp. *quae attrahitur*, regula, fortasse, aut filum rubricatum, etc. A *sono* *beo*, sive *βῆ*, est *belo*, *balo*, *balare*; a *geo*, *γέω*, fortasse est *gelo*, *γέλω*, unde *galu*, et *γελᾶν* a *δέω*, fortasse est *δέλω*, unde nomen *δέλεαρ* et *δέδολα*. Hinc Lat. *dolus*, alteri isti *δέλεαρ* respondens: atque ita in similibus. Quis vero spondere mihi auset, qua lege a *δέω*, *ligo*, sit *δέλω*, cognatum alteri *δέλω*, (unde *δέλεαρ* et *dolus* pp. notare poterunt *escam* hamo *alligatam*, qua ferae decipiantur) eadem lege a *βέω*, *beo*, productum fuisse *βέλω*, *beo*, unde *βέλος*, et Lat. *belua*, *bellua*? Nulla certe

con-

convenientia videtur esse inter βέω, *premo*, et βέλω, cognatum alteri βάλλω *f. βάλλω*, *jaculor*, et βίλω, unde βίλος, *factus*. Itaque alia via hic insistenda est, et alterutrum eligendum, aut literam λ in βέλω, βάλω, βόλω esse literam radicalem, aequae ac β, darique adeo, hoc quidem in verbo, duas literas consonantes, vere *radicales*, ut loquitur Grammatica Hebraea; aut consonantem λ solam esse radicalem, β vero ab initio *servilem*, et more Aeolum, adscitam: ut stirps, hoc pacto, sit ἔλω, cognata aliis ἔλω, ἔλω, pp. *traho*; unde βέλω, βάλω, eximie notasfet *attraho nervum arcus*, atque ita *jaculor*. Quod de βέλω, βάλλω, diximus, ad innumera fere alia transferri potest, a Lennep. exhibita Analog. Cap. XII, p. 170, 171.

IV. Nimirum formae verborum primitivae, quas haecenus recensuimus, ita comparatae sunt, ut varias literas, non solum vocales ad unam omnes, sed etiam consonantes (si non omnes, at plerasque certe) aut *ab initio*, aut *in medio*, adsciscere possint, ad novas vocabulorum formas ex se procreandas. Hoc ex fonte in lingua Latina, haud aliter, atque in Graeca, repetendus est ingens numerus verborum, *quatuor*, *quinque*, *sex*, *septem*, aut plures literas habentium. Quid? quod, praeter vocales *a, e, i, o, u*, et consonantes Alphabeti antiqui, quas supra adhibuimus, *b, c, d, g, l, m, n, p, r, s, t*, vocibus suis praefixerunt, quin etiam inseruerunt saepissime digamma, quod dici solet, Aeolicum, sive F; uti et S, non jam radicalem illam literam, sed servilem, et, loco spiritus, tam in medio vocis, quam ab initio, adscitam: ut in *super*, pro ὑπερ, *frago* (unde *frango*) a ἰάγω *ovis*, ἔρις, pro ἔρις *amaso* (unde *amaso*) ab *amao* etc. Exemplum egregium additarum ad literas verbi radicales aliarum ser-

viliū, nobis praebeat verbum Graecum διδάττω, comparatum cum Latinorum DISCO, et DOCEO. Haec tria verba ad unam stirpem, familiamve, pertinent. Stirps est δάω, sive δῶ, cui cognatum est δῖω. Itaque a δῖω, δῖω, productum fuit *disō*, *disco*, δῖω, δῖσκω a δάω, similiter δάττω, δάττω. Prima consonante δ, cum vocali ι, repetita (ut solent Graeci primam verbi litteram, cum vocali quadam, repetere) a δάττω, fluxit διδάττω, ut α κτάω, κινάω, a πράττω, πιπράττω. Rursus a δοο, δάω, factum est δέδοκα, δέδοκα: hinc *doco*, *doceo*, quod cum *disco* ita cohaeret, ut *doceo* pp. sit *discere facio* alterum.

V. Observandum quoque est, loco litterae ρ, π, cognatae alteri ε, κ, saepissime adhibitam fuisse q. Ita dubitari nequit, quin Latinorum vox *equus*, sive *equs* (quae scriptio Gatakero placuit) eadem vox sit, ac Graec. ἵππος, sive ἵπος: antiqui enim literas non geminabant. Quodsi jam ἵπος, et ἕπος, ex cognatione certissima vocalium i et e, eodem sono proferri potuerint, quis dubitet, quin *equus*, s. *equs*, sit Gr. ἕπος, ἵπος, ἵππος. Latinorum adverbia quo, et quā, Graece sunt πῶ, et πῇ, Dorice πῆ. Latinum quoque rursus est Gr. κῆ. Lat. *quot*, pro *quoti*, *quosi*, est Gr. πόσος. Pro ἔπαμι dixerunt ἐνφάμι, Lat. *inquam*.

VI. Multae enim litterae permutatae invicem fuerunt, uti v. gr. c et g, b et v, b et m, etc. qua de re plura diximus in Animadversionibus ad Analogiam Lennepianam, p. 232--246. et integer exstat G. I. Vosfii tractatus, Etymologico Latino illius praefixus: ex quo multa longe clarissima permutationis exempla poterunt colligi.

VII. In propagatarum formarum ad stirpes suas reductione, diligenter quoque spectari debent litterae characteristicae *personarum*, *temporum* et *modorum*, quae

in verbo dicuntur. Characteristica primae personae Singularis, in tempore Praesenti, Modi Indicativi Activi, nunc vulgo haberi solet o: at eandem quoque characteristicam olim fuisse *mi*, vel *m*, (uti apud Graecos *ω* et *μι*, in *γελῶ*, et *γέλημι*, pro *γέλαμι*, in *νίκαω*, et *νίκημι*, pro *νίκαμι* etc.) ex supra observatis, pro satis certo sumere mihi jam liceret; nisi promississem, fusius me hanc formam esse demonstraturum. Itaque principe loco, ad hanc terminationem verbi Latini in *mi*, five *m*, extra omnem dubitationis aleam collocandam, faciat, quae modo a nobis laudata fuit, disertae linguae Graecae auctoritas. Mirum sane foret, linguam Latinam (dialectum linguae Graecae) ista terminatione carere potuisse, qua ceterae omnes ejusdem idiomatis dialecti redundarent. Deinceps provocare hic nobis liceat (x) ad exempla praesentium temporum, in quorum

(x) *Deinceps provocare hic nobis liceat* etc.] Quia duo forte recipiuntur latina verba, in *m* exortia; indere sequitur, ut apud Graecos, sic et apud Latinos omnia verba olim in *mi*, quod deinde in *m* sit contractum, exisse? Hoc quidem argumentum si satis firmum videtur; nihil jam est, quin facile probari possit. Erimvero quis tandem sibi persuaferit, tantam utriusque linguae esse convenientiam, nihil ut Graeca lingua habeat, quin idem sit latine *m*? Quis harum litterarum vel me dicriter peritus: efficit, Graecis esse aoristum, quo Latini careant? esse participium ac ivum praeteriti temporis? esse peculiarem optativi exitum,

quorum neutrum in lingua latina reperitur? *Sum* quidem ab Aeolico *ἐσμι* fluxit, ommissa ultima littera; sed, an Latini unquam *sumi* dixerint, vehementer dubito. *Inquam* aut praesens subjunctivi, aut futurum indicativi verbi obsoleti *inquo* videtur esse. Pro eo etiam dixerunt *inquio*: unde reliquae, quae huic verbo tribuuntur, personae descendunt. Alterum argumentum, quo sententiam probet, inde petit Scheftius, quod Latini verbi pleraque tempora in *m*, pro *mi*, (ut puri) exeant. Sed neque hoc certam habet rationem. Si quis probare velit, *amen* revera pro *amami*, *legam*, pro *legami*, *amabam*, pro *amabami* etc. vocari

rum prima persona Indicativi *m* illud adhuc reperiatur. Sunt illa *sum*, *possum*, *prosum*, et *inquam*; pro *sumi*, *possumi*, *prosumi*, *inquami*. Argumentum, ex verbo *sum*, huiusque compositis, desumptum, eo magis hic valebit, si cogitemus, *sumi* istud pro *umi*, *ὕμι*, cognitam fuisse formam alteri illi *ἐμι*, sive *ἐμι*, Aeol. *ἤμι*, quo Graeca lingua, in eadem hac verbi substantivi persona prima designanda, utitur. Accedit tandem, quod terminatione illa in *m* non solum constanter utatur Latina lingua in Praesentibus Subiunctivi activi, vel

situm esse: eum oportet demonstrare, Veteres olim his formis usos esse. Quod probari certe non potest. Sed quaeri possit, unde tandem habeant Latini istam terminationem? Enimvero, si aliam exitum adamascent. quaeri eodem modo possit. Quis omnium, quae in linguis reperiuntur, terminationum reddere rationem sustineat? Cur, v. c. in passivo, adjecta ad activum littera *r*, dixerunt *amur*, *amabar*, *amabor* etc.? Cur masculino generi exitum *er* et *us*, feminino *a*, neutri *um* dederunt? Hoc utrum casu sit factum, an aliqua ratione, quis pro certo affirmarit? Quod autem ut Graeci, sic et latini verbi terminationes esse particulas, a pronominibus personalibus antiquissimis relictas credit Scheidius, id ejusmodi est, ut difficultate non careat. Copiose quidem de pronominibus antiquissimis, verbique terminationibus inde repetendis disputat

Scheidius in *Animadversionibus ad Etymolog. Lennep.* p. 275, seqq. ita tamen, ut vix se expediat, conjecturisque nimis indulgeat. Si enim, quot et quaecunque placuerit, pronomina antiquissima constringere liceat; non jam valde difficile sit, rem propositam probare. At vero pronomina non tantum in usu esse potuisse, sed revera usitata fuisse, et tot modis variata, quot vult, id docendum fuerat Scheidio, rem tam novam, tam remotam a vulgi cognitione demonstrare conanti. Scheidiana ratio si vera sit, mirum sane videatur, tot diversos exitus in verborum fine istis pronominibus datos, ut quidvis potius, quam pronomina, videantur. Ceterum miror, Scheidium, qui linguam Graecam diversam plane a lingua Hebraea esse lateatur, conjugationem tamen Graecam ad Hebraeam rationem revocare conatum esse.

vel intransitivi, *legam* pro *legami*, *amem* pro *amemi*, *fini*, *posui*, *prosum* pro *fini*, *posui*, *prosum*; verum etiam in terminatione primae personae Singularis Futuri Indicativi Activi, *tertia* et *quarta*, quam dicunt, conjugationis, *legam*, *audiam*: quas quidem formas Futurorum Activorum in *am*, veri nominis *Praesentia tempora* esse, pro *Futuris* posita, docuimus in Animadversf. ad Analog. Lennep. p. 330. 331. Quo loco ceteras Futuri formas, in prima illa persona, *amabo*, *docebo*, *fugebo*, *aperibo*, etiam ipsas esse primas Praesentis temporis formas, (inserto *b* Aeolico pro *amao*, *doceo*, *fugco*, *aperio*, positas) indicavimus, ibid. p. 326. 327. Taceo jam, per omnia fere tempora Subiunctivi pariter atque Indicativi, primas personas Singulares in *m* desinere: ut *amabam*, *amaveram*, *amarem*, *amaverim*, *amavissem*: quod fieri non potuisset, nisi *m* hoc in talibus quoque esset pro *mi*.

VIII. In quo quidem argumento, a terminatione Graeca, primae personae temporis Praesentis et Futuri Indicativi activi, ducto, cave objicias mihi, „Futuri tamen Graeci primam personam in $\sigma\omega$, *so*, terminari; neque inde tamen sequi, Latinorum Futura, in eadem prima persona, etiam terminationem *so* admisisse.” Verissime enim Latinorum quoque Futura olim in *so* terminata fuisse, probare poterunt exempla ejusdem terminationis in *so*, adhuc in lingua Latina servata, *faxo* pro *faxso*, *parso*, *visso*, *amasso*, *celasso* etc. Vide Animadversf. ad Analog. Lenn. p. 327--329.

IX. Quodsi quis hic ultra e nobis quaerat, quam igitur de causa Praesentis Indicativi personae sive in *o*, sive in *m*, pro *mi*, terminatae fuerint? responderi possit, idem et hic in causa videri fuisse, quod in lingua Graeca: nimirum *m*, pro *mi*, et *o*, (quod ad origi-

ginem harum terminationum attinet) syllabas esse, a pronominibus primae personae EMI *s. AMI*, et EGO reserctas, adeo quidem ut *amao*; (quod contractum fuit in *amo*; ut ἀμᾶω, in ἀμᾶ) proprie fit compositum ex *ama* et *o*, hoc est *ego*, *doceo* ex *doce* et *o*, hoc est *ego*: *amem* vero, et *doceam*, pro *amemi* et *doceami*, ex *ama*, *doce*; et *emi* sive *ami*, i. e. ἐμὶ, ἀμὶ. Cujusmodi compositio ex verbo et pronomine personali, non in prima illa persona tantum obtinet, verum etiam in ceteris personis reperitur, uti in contracte dicto *amab*, pro *amafu*, h. e. *ama fu*, sive *tu*; in *amamus*, composito ex *ama* et *mus*, sive *mos*, cognata forma alteri *με*; (unde ἡμεῖς) et Latin. *vos*. Vide Animadversf. ad Analog. Lean. p. 286. 288.

X. Terminatio primae verbi Latini personae in *o*, vel in *m*, Graecorum *ω* et *μ*, ad radicales verbi litteras non est referenda: tem parum certe, quam terminatio secundae illius personae in *s*, Graecum *ς*, aut primae pluralis terminatio in *mus*; Graec. *μεν*, sive *με*, ad ipsam verbi naturam dixeris pertinere. Sunt enim litterae hae, syllabaeve, *o*, *ω*, *μ*, *μεν*, *με*, *MUS*, proprie particulae pronominum antiquissimorum, vel ipsa pronomina, adhuc usitata, determinandis verbi personis unice inservientia; ut, apud Gallos, pronomina separata *je*, *tu*, *nous*, et Belgarum, *ik*, *gv*, *ny*, eundem hunc usum praestant. Adformantes syllabicas et asyllabas Grammatici Hebraei pronomina ejusmodi vocant: qua de re diximus ad Analog. 279. 280: Igitur, quae superius (p. xviii. xxi. xxi.) dicta sunt de stirpibus simplicissimis,

ao; eo; io; oo, uo;

hisdemque, in *mi*, sive *m*, terminatis;

ami; emi; ini; omi; umi;

*** 2

item

item de trilateris, a consonante aliqua incipientibus,
 bao, beo, bio, boo, buo;
 bami, bemi, bimi, bomi, buni;
 vel et a vocali, literae consonanti praeposita, exorsis,
 abo, ebo, ibo, obo, ubo:

ea omnia ita intelligi velim, ut literae radicales harum formarum non aliae censendae sint, quam a, e, i, o, u; ba, be, bi, bo, bu; ab, eb, ib, ob, ub, etc. In qua quidem conformatione verborum sane admirandam agnosceas naturae, quasi loquentis, simplicitatem, aut potius sapientissimi stirpium (quae linguis his insunt) conditoris venereris, et adores, benignitatem, qui tam simplicia loquelae femina mortalium mentibus insita voluerit.

XI. Hac via pergentes, naturamque adeo ducem sequentes, contueamur, quaeso, propius ceterorum verborum, quae pro *primitivis* aut derivatis, in utraque lingua, haberi solent, conformationem. Resecta a *biliteris* simplicissimis (ἄω, ἔω, ἰω, ὅω, ὕω, sive ab ἄμι, ἔμι, ἰμι, ὅμι, ὕμι) terminatione, quam diximus, primae personae ω vel μι, novisque vocalibus, aut insertis, aut praemisissis, et resumta denique, in usum novae formae, eadem terminatione ω vel μι, enasci continuoprehendas alia verba productiora:

Ab ἄω quidem, sive ἄμι, enascetur ἄῶω, vel ἄῶμι, ab ἄῶω porro, sive hujus Futuro, ἄῶσω, ἄῶστω, ἄῶζω etc. Ab eodem quoque ἔω, sive ἔμι, orietur ἔῶν et ἔῶμι ab ἄῶω denuo habebis ἄῶῶ, ἄῶῶω. Ab ἰω iterum succrescet ἰῶν hinc ἰῶω, ἰῶσω, et αἰῶν, αἰῶμι, αἰῶω, αἰῶζω. Ab ὅω, quoque ὅωω, unde ὀῶδω, ὀῶδην, ὀῶδῃ. Ab ὕω denique ὕῶν, unde ὕῶω, ὕῶῶω, ὕῶῶζωμι etc. Ab eodem ἔω, sive ἔμι, huius ἔῶν, ἔῶν, unde et, ε, sive Φ, praemisso, Φῶν. Ab ἰω sive ἰμι, lucrabimur verba ἰῶω,

ἔγω, ἐμὺ, εἰμὺ etc. Quae singula si persequi vellemus, finem non reperirent satis verbosa jam prolegomena. In Analogia Lennepiana, nostrisque ad aureum illum libellum animadversionibus, data opera de iis actum est: quae ibidem dicta sunt, ad linguam Latinam facile possunt transferri.

XII. Unum tamen, commodo loco, adnotasse non poenitebit, a verborum formis in α, ε, ι, ο, υ, desinentibus, adjectione literae consonantis, novas factas fuisse formas; quibus si terminatio primae personae, ω, addatur, verba habebimus, non omnia quidem fortasse primitiva, at certe multa, quibus lingua Latina aeque parum ac Graeca, carere potuerit. Exemplo sint verba λέγω, LEGO, cum cognatis suis λέγω, λόγω, λύγω· κάπω item, sive CAPO, cum adfinibus suis μέτω CERO, κόπω COPO etc. derivatis forte a primitivis simplicissimis λε, λα, λο, λυ· κμ, κς, κω etc. Quorum haec animadversio pertineat, ex sequentibus patebit, ubi de Praeteritis perfectis, in ι terminatis, necessario aliquid adhuc erit submonendum.

Nimirum ex haecenus disputatis constare potuit, Praesentia omnia olim in ο, vel in μ, desuisse; Praeterita in ινι, vel potius in ι; supina in τυμ; Infinitivos in RE.

Capiatur jam quodcumque tandem placuerit, verbum aliquod Latinum, et, secundum observationes, supra propositas, similesque, (quas comprehendere omnes praesens non potuit disputatio) expendatur ratio verbi temporum. Nisi omnia me fallant, multo minus impeditae, quam antea, apparebunt tibi Latinae dialecti causae.

Radicales, nimirum, literae verborum, quae paradigmatum loco pueris poni solent, AMO (pro amico)

XXXVIII PROLEGOMENA

DOCEO, et AUDIO, (resecta tantisper terminatione o) hoc pacto erunt AMA, DOCE, AUDI; constabitque adeo simul, *terminales* verbi *vocales* apud Latinos, in verbis (quae in vocalem caderent) ut plurimum fuisse tres, *a*, *e*, et *i*. His tribus vocalibus (quas, de more Grammaticorum Hebraeorum *terminales* hic loci diximus) duae quidem aliae adjici potuissent, e verbis *sum* pro *sumi*, et ex obsoleto *foo*, unde FORE, defumtae, *u*, nempe, et *o*: (pro *sumi* enim, sive *sum*, ablato *m*, existit *su*, pro *foo*, ablato *o*, oritur *fo*;) sed quia binae hae rarissimae sunt, eo in verbi loco, *vocales*, easdem de industria negligemus, solasque nunc spectabimus formas in *a*, *e*, *i*.

Ab *ama* igitur, adjecta vocali *o*, (tanquam adformante asyllaba primae personae) in Praesenti tempore, orietur *amao*, a *doce*, *doceo*, ab *audi*, *audio*. In Praeterito, adjecta vocali *i*, (quam aliquoties jam indicavimus unicam fere Praeteriti Latini, in Indicativo modo, characteristicam esse) orietur ab *ama* quidem *amāi*, a *doce*, *docei*, ab *audi*, *audii*. Verum, quo minus difficilis accideret, inter pronuntiandum, vocalium istarum perpetuus fere concursus, Latini potius, inserto digammate Aeolico *ϕ*, sive *v*, pro *amāi*, dixerunt *amavi*; pro *docei*, maluerunt *docevi*; pro *audii*, *audivi*. In Supino autem, ab *ama*, est *amatum*; a *doce*, *docetum*; et per contractionem *doctum*; (redi ad p. xii. et seqq.) ab *audi*, *audtum*. In Infinitivo denique ab *ama*, *amare*; a *doce*, *docere*; ab *audi*, *audire*.

At quid fiet de conjugatione, vulgo dicta, *tertia*, *lego*? Hinc quidem, resecto *o* (Praesentis terminatione) additaque characteristica Praeteriti perfecti *i*, prono alveo fluet Praeteritum LEGI, additoque *tum*, Supinum LEGTUM, quod pronunciarunt LECTUM; ut
pro

pro *regtum* a *rego*, *rectum*; pro *actum* ab *ago*, *actum*, pro *frigtum*, a *frigo*, *frictum* etc. Verum, in Infinitivo, hac ratione, a *lego*, refecto o, additaque syllaba RE, foret *legre*; a *rego*, *regre*; ab *ago*, *agre*; a *frigo*, *frigre*. Quae difficultas ut quanto ocius tollatur, observandum est, *e* illud, in Infinitivo *tertia*, quae dicitur, conjugationis, minime pertinere ad originales verbi *vocalis*, sed esse *e* mere adscititium, sive subsidarium, facilioris solummodo pronuntiationis causa adsumtum: quapropter semper quoque *e* illud *breve* est, et nonnunquam prorsus negligitur, ut in FERRE; quod, a *fero* hac ratione descendere potuit, ut, ablato o, pronomine primae personae, habeas primum FER, dein, accedente RE Infinitivi, FERRE. Similiter a *volo*, sive potius a cognata huic forma *velo*, pro ἔλω, (unde fortasse Graecum *féλω*, *θέλω*, ut *ἐψη*, *θύψ*) repeti potest VEL, VELRE, VELLE.

Ratio haec infinitivum formandi in *fero* et *volo*, uti longe simplicior est altera illa, quam supra descripsimus (p. xix. xx. xxvii.) ita erudito palato magis placituram putem. Simul autem apparebit, hoc modo penetrari posse ad ipsas quantitatis, in hac syllaba, causas. In *frigere* enim, a *frigeo*, media vocalis necessario longa erit, quia (ablata adformante o) forma verbi in *e* cadit hoc modo, FRIGE: in *frigere* vero a *frigo*, media erit brevis, quia *frigere* illud pp. est pro *frigre*, vocali brevi *e* tantummodo adscita, ad pronuntiationem efficiendam paullo faciliorem.

Eadem porro res est in omnibus illis verbis, quorum forma (adformantibus suis nudata) in consonantem cadit, uti v. gr. in *nubo*, *rado*, *cado*, *rego*, *tego*, *molo*, *premo*, *cerno*, *strepo*, *fero*, *viso*, *verto*, *texo*: quae cuncta *e* breve habent ante *re*, quia proprie essent *na-*

b're, rad're, cad're, reg're, teg're, prem're, cern're, strepre, fer're, vis're, vert're, tex're. At mollior pronuntiatio postulavit *nubere, radere, cadere, regere, tegere, premere, cernere* etc.

Unum hic cavisse oportet, ne putemus, radicalem verbi formam (qua passim uti cogemur) sitam esse in tempore Praesentis, uti in *tex'o, vert'o, vis'o, fero*; unde, ablato o, fieri modo dicebamus *tex're, vert're, vis're, fer're*, et dein *texere, vertere, visere* etc.

Est ea forma radicalis verbi, non in solo *Praesentis*, est et in *Praeterito*, est in *Supino*, est in *Infinitivo*. Ablatis, nempe, o vel m, i, tum, et re, ea existit forma, quae nulli prorsus tempori modove propria est, sed omnino est indeterminata, atque per adformantes (quas diximus) hoc est per particulas, ab antiquissimis pronominiibus resectas, o, s, t, mus, tis, nt, restringenda ad Praesens tempus; per i vero, *isti, it, imus, istis, erunt*, vel *ere*, ad Praeteritum perfectum; per tum ad Supinum, per re denique ad Infinitivi formam praesentem, quasi, determinanda.

Ceteroquin ex attentiori *Praesentis, Praeteriti, Supini* et *Infinitivi*, contemplatione constat, singula in verbo tempora non ab eadem verbi forma ducta fuisse, sed, in conformandis temporibus, cognatas, quin et diversas saepe, verborum formas, idem fere significantes, fuisse adhibitas. Ita v. gr. in formando verbo **FERO**, Praesens quidem Infinitivi, et, quae inde formata censentur, tempora, *ferre, fero, feram* etc. ducta sunt a *fer*: at Praeteritum **TULI** (quod et *tetuli*, per reduplicationem primae literae) arcescendum est a *tulo*, sive potius a **TUL**, quod, diversa nonnihil vocalis pronuntiatione, elatum quoque fuit **ROL**, unde *tollo*, et Infinitivus *tolle, tollere*: Supinum vero, **LATUM**, desum-

tum

tum videtur esse ab obsoleto ΛΑΟ, λάω, unde Gr. λάβω, λάμβω, λαμβέω, λαμβάνω. Haec sane ratio simplicior est illa Vosliana; qua *latum*, per aphaeresin, dici putatur, pro *tolatum*, vel *tulatum*, duabus literis recisis.

Neque aliter se res habet in ceteris omnibus verbis, quorum, usitata vulgo, praeterita et supina a praesentis temporis forma plus, minusve, differunt. Recurrendum in his quoque est ad formas alias verborum sive cognatas, sive plane peregrinas, idem tamen, vel simile quid, significantes.

Verbum *do*, pro *dao*, DEDI, *datum*, *dare*, praeteritum utique habere debuisset *davi* pro *dai* (Confer sis p. xxxviii.) Sed usus sermonis voluit *dedi*, adsumtum (ut arbitror) a forma verbi obsoleta *dedo*, cui vicina est altera *dido*, servata adhuc cum alibi, tum in illo Horatii (Serm. L. II, 2, 67.) *dum munia DIDIT*. A *dido*, hocce (in compositis verbi *do*) Praeteritum reperias *didi*. Ita certe in *abdo*, *abdi*; *addo*, *addidi*; *condo*, *condidi*; *dedo*, *dedidi* etc. Posterius autem hoc, *dedo*, quippe compositum verbum, probe distinguendum est ab illo priori, *dedo*, per solam adjectionem literae *d*, a stirpe *de* enato.

Crepro, *crepui*; *domo*, *domui*; *tono*, *tonui*; *feco*, *fecui*, et similia, videri possint praeterita sua, in *ui*, contracta habere ex *avi* (*y*), vocali *a* extrita. Hoc certe sua-

(*y*) *Crepro*, *crepui*, *domo*, *domui* — *videri possint praeterita sua in ui contracta habere ex avi*, etc.] Quidni potius Veteres pro *crepare* & *domare* etc. etiam dixisse *crepere*, *domere* etc. statuamus? Sed ne hoc quidem necesse est ad praeteritorum horum rationem explicandam. Id scilicet con-

rendit laboratque Scheidius, ut nullam prorsus, nec in lingua Graeca, nec in latina esse anomaliam, prober. At eam opinionem linguae, quae vocantur, *vivae* satis confutant: quarum cum nulla, quod equidem sciam, sit, quae anomali-

suadent verba *neco*, *necavi*, *plico*, *plicavi* etc. comparata cum compositis quaeque suis, *eneco*, *enecavi* et *enecui*, *explico*, *explicavi* et *explicui*. At Supina tamen in *itum*,

aut

liis careat: cur, quaeso, latinae graecaeque linguae indolem plane diversam existimemus? Enimvero a quo tandem lingua graeca, unde latina fluxit, formata est? Num a viris sapientibus? Audio. Sed quonam isti sapientes coierunt ad linguam formandam? et a quo novae linguae componendae cura illis demandata est? Qua autem lingua locuti sunt? certe alia, atque ea, quam composituri erant. Quae nam igitur fuit necessitas, linguam, qua animi sensa inter se communicare possent, jam intelligentibus, alius formandae linguae? aut quo artificio nova illa lingua ut loqui vellet, abjecta veteri, civibus suis persuaserunt? De origine complurium linguarum certi aliquid affirmare, ut admodum difficile est; sic illud certum videtur, linguarum eam esse rationem, ut maximam partem ab usu loquentium pendeant. Quod cum ita sit; quis tandem sibi persuadeat, totum populum, aliqua lingua utentem, communi quasi consensu constituisse, ut in eam linguam nihil inferretur, quod a communibus regulis abhorreret? Quid? quod alias quoque cum latinae, tum graecae linguae partes anomaliis non carere, negari certe nequit? Cur, v. c. cum pleraque nomina graeca secundae declina-

tionis in *es* exevntia sint generis masculini, ἄδης, ἕμπος, τήφρος etc. gen. fem. sunt? Et apud Latinos, cum itidem nomina in *us* secundae declinationis ejusdem sint generis, cuius graeca in *es*, qui tandem factum est, ut *alvus*, *humus*, *vannus* ad f. g. perlinerent? Cur e tertia declinatione *navis*, *clavis*, *febris* etc. sunt g. f. *collis*, *fustis*, *ignis* etc. m. g.? Quid est, si haec non est anomalia? Longe plura, si velim, ejusmodi anomaliarum exempla possum proferre. Jam vero, quis, regularum syntaxeos peritus, nescit, in vocabulorum constructione, quam vocant, quot reperiantur anomaliae? Quas singulas si recensere velim, finem non inveniat oratio.

Enimvero si in his, quas dixi, rebus, non omnia certam rationem sequuntur: non mirum est, si et declinationes et conjugationes, ut vulgo vocant, non semper eidem legi parent. Huc accedit, quod in omnibus linguis aurium voluptari, quarum judicium, teste Cicerone, superbissimum est, vix dubitari potest, quin, invita nonnunquam analogia, multum tribuatur: ut risiculum videatur, nullam plane in mortuis linguis esse anomalam, quae sint multae in vivis, existimare.

aut *diu*, exeuntia, ut *crepitum*, *domitum*, *tonitum* (pro quo et *tonatum* in usu fuit) *secum*, (contractum quippe ex *secitum*) quod etiam *secatum* fuit; haec, inquam, et alia similia bene multa, aliud suadere videntur. Nimirum, quemadmodum Hebraeorum verba in omnibus vocalibus terminata olim fuerunt *fkad*, *fkeed*, *fkijd* *fkood*, *fkuud*, ita et Graecorum Latinorumque antiquissimorum verba in omnes vocales *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, videntur defuisse. Quo pacto exorientur formae *quinque* (2), omnibus, quae vocantur, conjugationibus, sive potius omnibus *unius ejusdemque conjugationis* speciebus efficiendis aptae:

ama, *ame*, *ami*, *amo*, *amu*;
doea, *doce*, *doci*, *doco*, *docu*;
peta, *pete*, *peti*, *peto*, *petu*;
auda, *aude*, *audi*, *audio*, *audu*.

Ex his vero, additis adformantibus, enascentur mox novae formae:

amao, *ameo*, *amio*, *amor*, *amuo*;
doceo, *doceo*, *docio*, *docoo*, *docuo*;
petao, *peteo*, *petio*, *petoo*, *petuo*;
audao, *audeo*, *audio*, *audoo*, *auduo*.

quin et, addita adformante *m*, ex *mi* oriunda, aliae, in *mi*,

amami, *amemi*, *amimi*, *amomi*, *amumi* etc.

aut potius, addito integro isto *ami*, Gr. ἀμι, ex ἀμῖς cui ipsa adformans primae personae *m* originem debet: (Animadversf. ad Analog. p. 286. et supra p. xxxv.) lucrabimur formas productiores *doeaāmi*, *doceaāmi*: *auda-*

(2) Quo pacto exorientur et sequenti pagina fingit Scheib-
 formae quinque etc.] Voca-
 bulorum monstra, quae et hac, eredo.

XLIV PROLEGOMENA

daëmi, audeami, audiami cct. ex quibus (in modo Subjunctivo) etiam nunc supersunt usitata *doceam, audiam*, plane ut, pro *amemi*, ibidem habetur *amem*, pro *legami, legam*, pro *simi, sim* etc.

Haud dissimili multum ratione Praeteritorum formae (quas modo produximus) *necavi, plicavi*, certissime reperendae quidem sunt a *neco* pro *necao*, *plico* pro *plicao*: at reliquae istae formae, hinc diversae, *plicii, crepui, domui, tonui*, aut referri poterunt ad formas obsoletas in eo, ut sint per contractionem enatae ex *plicevi, crepevi, domevi, tonevi* (a), plane ut *olui* est pro *olevi* cct. (secundum normam superius indicatam, p. XI.) aut, rectius fortasse, pertinere censendae sunt ad formas verborum in io. Qua lege *plicii* foret pro *plicii*, *crepui* pro *crepivi*, *domui* pro *domivi*, *tonui* pro *tonivi*. Posterius hoc suadere videntur Supina *crepitum, domitum, tonitum*. Idem similis contractio suadet in aliis Praeteritis, ad *tertiam quartamve* conjugationem vulgo referri solitis, *sapui* pro *sapivi*, *rapui* pro *rapivi*, *salui* pro *salivi*, *operui*, *operui*, pro *aperivi, operivi*.

Quae vero, ante terminationem Praeteriti i, litteram c habent, (secundum leges supra traditas) referri possunt ad verba originalia in eo exeuntia; ut *ici* ad *ico*, *vici* ad *vico*, pro quo in usu est *vinco*: at poterunt tamen hae etiam descendere a formis verborum derivatis, quae litteram illam c, (tanquam characteristicam Praeteriti perfecti Graeci in *αα*) servarunt. Simile quid haud absurde forte suspicari possis de per multis formis, quae litteram s, ante *praeteriti* terminatio-

(a) Ut sint per contractionem enatae ex *plicevi, crepevi, domevi, tonevi* etc.) Miseret me Scheidii, qui tantopere la-

boret, ut ad analogiam revocet, quae revocari necesse non est.

tionem, ostendunt: esse nimirum literam hanc *f* characteristicam Futuri Graeci σ, in verbi quoque Latini forma conspicuam.

Utriusque rei exempla nobis praebeant tres Praeteriti unius formae, verbo *parco* tributae, *peperi*, nempe, *parsi*, et *parui*. Hae tres certe (si ad linguae simplicitatem attendatur) non ad unum verbum *parco* pertinere potuerunt: sed eas oportet ductas fuisse a diversis verborum formis. Stirps communis fuit πᾶω, cui cognata fuit altera πῑῶ, pp. *premo*. A πᾶω igitur est πᾶω, PARO: a πῑῶ, πῑῶ. A πᾶω, πῑῶ hinc πᾶω, PARCO: a πᾶω item πᾶω, PARSO. A πῑῶ, πῑῶ, PERCO: hinc πῑῶ unde novum verbum PEPERCO (*b*), ex quo, reflecta adformante o, et adjecta Praeteriti terminatione in i, enatum fuit PEPERCI.

Reliqua omnia ad hanc regulam exigi facile poterunt. Quod qui sedulo fecerit, attentus semper ad literas, temporum (in verbo tam Graeco quam Latino) characteristicas, nae ille, re ipsa, facile experietur, *Unam tantummodo, non plures, dari* in utraque lingua *conjugationes*; quae vero verba dicantur *conjugationis* esse *diversae*, illa pertinere omnia ad *diversas unius antiquissimae conjugationis species*; idemque ille multa alia accuratius pervidebit, a Grammaticis hucusque nondum observata.

Possem hic pedem figere. Antequam vero discedamus ab altera hac prolegomenorum nostrorum parte; (quae in demonstranda aetissima illa linguae Latinae cum Graeca cognatione versata fuit) haud alienum

(*b*) Unde novum verbum posfit. An tutudi etiam est PEPERCO.] Non placet hoc a tutudo; fefelli a fefello; verbum: nec video, cur pe pepuli a pepulo etc. ?
perci a parco descendere non

num erit tantam, tamque admirabilem, linguae utriusque convenientiam, in uno alterove fragmento contextus Latini Graecive, eoque ex praestantissimis in utraque lingua scriptoribus, desumpto, studiosius demonstrasse. Talis certe demonstratio (modo recte a nobis instituat) vel pervicacissimis oblocutoribus ad sensum extorquere poterit: praestiteritque, ejusmodi exemplorum inductione deinceps uti, quam sterilibus praeceptiunculis integrum librum complere, et nimis jam patientium lectorum fatigare ingenia.

En ergo tibi locum Virgillii, ex initio Aeneidis (L. I, 1--11) descriptum, omnibusque, haec studia colentibus, longe notissimum: quem locum ex Homeri Iliados principio expressum esse, viri doctissimi monuerunt. Ibi sic incipit poëta:

*Arma virumque cano, Trojae qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lavinia venit
Litora; multum ille et terris jactatus et alto
Vi superum, saevae memorem Iunonis ob iram:
Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem,
Inferretque deos Latio: genus unde Latinum,
Albanique patres, atque altae moenia Romae.
Musa, mihi causas memora, quo, numine laeso,
Quidve dolens, regina deum tot volvere casus,
Insignem pietate virum, tot adire labores,
Impulerit?*

In his Virgillii versibus si probaverim, ad unum omnia vocabula (ne minutissimis quidem particulis exceptis) cum origine sua, tum forma et significatione, esse Graeca; ecquid supererit dubii, de manifesta utriusque idiomatis, per totam, qua late patet, linguam, convenientia? Hoc vero dum facere conabor, eruditum lectorem magno opere rogatum velim, ut veniam mihi det,

det, si hic illic ad praeceptiunculas nimis tenues, atque ipsa elementa pueriliter propemodum descenderim. Voces singulae contextus Virgiliani, tale ad examen revocatae, clarius ab unoquoque poterunt intelligi:

Arma virumque cano. Vox ARMA haud dubie est Pluralis numeri, neutr. gen. in Accus. casu (ut ξύλα. ὄπλα) a Singul. obsoleto *armum*, quod origine sua Adjectivum est, ductum ab *armus*, *arma*, *armum*. Masculina forma (Substantivo usu item adhibita) superest in *armus*, *armi*, Graecorum ἀρμυς, &c. Thema est ἄρμα pp. *struo*, *committo*, a cuius prima Praeteriti Pass. ἔαρμαι, est ἀρμυς, ἡ, ὄν. Hinc *armus*, ἀρμυς, pp. est *commisfura*, eximie *humerus* animalis bruti. *Armum* vero, diverso nonnihil flexu, pp. est *quod instruitur* sc. in hostem (c), pec. instrumentum laedendi. Conf. ἄρμον et ὄπλα, in Etymologico Lenn.

VIRUMQUE, compos. ex QUE, id est Graec. κε, et *virum*. Nominativus antiquissimus fuit VIRUS, unde feminini forma VIRA. Sic *satur*, ex *saturus*, *satura*, *hir* (pro *hirus*), *hira* etc. Ipsa forma in *us*, *virus*, *viri* (sed neutro genere) adhuc superest (d), *graveolentiam*,
et

(c) *Quod instruitur*, sc. in *hostem* etc.] Imo, *quod aptatur*, s. *induitur*, v. c. *humeris*, *capiti*, adeoque inprimis *clypeus*, *galea*, etc.

(d) *Ipsa forma in us, virus, viri — adhuc superest* etc.] Ergo VIRUS, *teter odor*, *graveolentia*. VIR (*een man*), et HIRCUS (*een bok*), de Scheidii sententia, ejusdem sunt originis. Equidem, quatenam inter haec significationis intercedat convenientia, scire velim. Si cui Scheidiana ratio

placeat; ei difficile non fuerit, quaelibet vocabula latina ad graecas origines revocare. Nihil enim facilius, quam verbum graecum, unde latina vox ducatur, fingere. Praestat aliquando, in ejusmodi dubiis rebus ignorantiam fateri, quam semper, re non satis explorata, audacter statuere. Mihi quidem, quae de origine vocis *vir* hic traduntur, minus placent. Unde ducta sit vox, pro certo affirmare non aulam. Si tamen et mihi licet conjecturam pro-

XLVIII PROLEGOMENA

et tetrum odorem notans. Th. fuit ἔρω, cognatum alteri ἔρω, εἶρω. Ab ἔρω, ἔρος, et, digammate praeposito, εἶρος. Cum spiritu aspero prolatum ἔω, in Praeter. perfecto dedit ἔρω, unde HIRCUS. Th. ἔω, pp. νεῖτο: unde Hesych. ἔεται, ἢ εἴεται συνάπτεται. Terminatio Accusativi Latini, in um, respondet illi Graecorum in ου vocali u obscurius pronunciata, et litera finali v permixta cum m; ut in Μῆσαν Musam. Quae varietas dialecto tribuenda; ut in ne et μη, meo et νέω.

CANO pp. idem est ac Gr. χάνω, servatum in ἔχων etc. Etym. Lenn. v. χαίνω. Notio hiscendi (in χέω, χέω, χύω χόω, χύω, formisque vicinis) translata est ad illam hiant ore effundendi, pecul. verba, voces. Hesychius: χάναι ἀνοῖξαι στόμα. Idem: χάνοιμι ἐποιμι et χανύειν βοῶν.

TROIAE, Gr. Τροίης, a Nom. Troja, Τροίη, Hesychio Τροία. Genitivus Latinus, primae Declinationis, in ae, olim desinebat in ai, sive ai. Alibi Virgilius: aurai in medio. Aurai simplicis ignem etc. Itaque Trojae est pro Trojai: ut in Plur. Nominativo Musae, pro Musai, Μῶσαι: pro ai Dorica terminatio erat αῖ, et αι. Posteriorem hanc Latini quoque servarunt in paterfamilias, materfamilias etc.

QUI. Est Gr. πῶς; sive πῆς, unde quis: ductum forte
ab

ponere; equidem existimem, Vir ejusdem esse originis, cuius est vis, quod antiquis erat Viris, unde pluralis Vires. Vis autem fluxit a graeco ἰς. Quae derivatio si vera est; Vircum significat, qui robore suo praeditus. Virus, autem, quatenus dicitur de succo plantarum, cochlearum, de femine genitali, de venenato liquore	anguium etc. (Vide Lexica) ejusdem forte originis est; quod his omnibus rebus significatio quaedam roboris, s' principii vitalis inest. Hircus unde sit dictus, nescio. Nolim tamen ejusdem originis esse, cuius est Vir; ne cognatio quaedam inter virum et hircum intercedere videatur.
--	--

ab antiquissimis vocibus π et δ . Vide Animadversl. ad Anal. p. 301. et Etymol. vv. $\pi\eta$ et $\pi\eta$.

PRIMUS, contractum ex *primus*, $\pi\rho\acute{\iota}\mu\omicron\varsigma$. Formatum hoc est a Dativo *pri*, $\pi\rho\iota$, pro $\pi\rho\acute{\iota}$, quod a Nomin. $\pi\rho\acute{\iota}\varsigma$; unde Acc. $\pi\rho\acute{\iota}\nu$. Ipsum PRI adhuc superstes est in *pridie* etc. Etymol. v. $\pi\rho\acute{\iota}$. Jam vero, ut a $\pi\rho\acute{\iota}$, Dativo vocis $\pi\rho\acute{\iota}\varsigma$, est $\pi\rho\acute{\iota}\mu\omicron\varsigma$, sic a $\pi\rho\acute{\iota}$, $\pi\rho\acute{\iota}\mu\omicron\varsigma$, *primus*.

AB, pro AP: hoc vero pro *apo*, $\alpha\pi\acute{o}$. Ex *apos*, $\alpha\pi\acute{o}\varsigma$, enatum est *aps*, *abs*, $\alpha\psi$. Etym. v. $\alpha\psi$.

ORIS. Ora nomen est f. g., ductum a masc. $\omicron\rho\omicron\varsigma$, f. $\omicron\rho\omicron\varsigma$, pp. significante *id, quod in altum se elevet, aut adsurgat*. Th. est $\omicron\rho\omega$, unde Lat. *ortus*, in *orior*, *ortus sum*, *oriri* etc. Etymol. v. $\omicron\rho\omicron\varsigma$. Jam vero Dativus, sive Ablativus Plur. primae Declinationis, Graece definit in $\omicron\iota\varsigma$. Itaque ab $\omicron\rho\omega$, f. $\omicron\rho\eta$, ad hanc normam, existere debuerat *orais*, vel *orais*: sed magna fuit olim adfinitas inter Ablativum Plur. primae, eundemque secundae Declinationis, terminatum in $\omicron\iota\varsigma$, qui Latine efferrī solet per *is*, ut sentiri potest in $\alpha\gamma\rho\iota\varsigma$ *agris*, $\alpha\nu\tau\rho\iota\varsigma$ *antris* etc. *Servus* quidem in Ablat. Plur. habet *servis*; *serva* contra *servis* et *servabus*: *filius*, *filiis*; *filia*, *filiabus*, sed etiam *filiis*. Ambo et *duo* in secunda faciunt *ambobus*, *duobus*: quum, ex lege secundae Declinationis, flecti debuissent *ambis*, *duis*.

Ex quibus apparet, terminationem illam in *bus* (quam Dativus et Ablativus, tertiae, quartae et quintae Declinationis soli habere censentur, ut in *patribus*, *fructibus*, *rebus*) primae quoque et secundae declinationis olim fuisse: plane ut non tantum Genitivus Pluralis in *um* omnium declinationum est, sed in binis quoque declinationibus, prima et secunda, Genitiv. per terminationem s profertur, ut in *paterfamilias*, *solus*, *for-*

lius, ille, illius. Unde haud sinistre forsitan suspiceris, quemadmodum *una* olim fuit *conjugatio*, sic et *unam* tantum fuisse *declinationem*, per species quasdam variatam.

ITALIAM. Est et hoc nomen, non ex origine tantum, sed ipsa quoque forma, Graecum. Ἰταλῆς, namque, olim vocabatur ταῦρος, *taurus*: a quorum multitudine, et pulchritudine, et foetu vitulorum, *Italiam* (Ἰταλῆα) dictam fuisse, auctores sunt Varro, Gellius etc. Vide Vossii Etymol. in voce.

FATO. Φατῶν, in Hesychii Lexico, redditur per φητῶν i. e. dictum; deorum, nempe, vel potius dictum Dei optimi maximi. Th. Φάω, *fao*, unde Deponens, si-ve Medium, *for*, pro *faor*, *fatus sum*, *furi*. Redi ad p. xvi. xviii. xxxvi.

PROFUGUS. A προφεύγω, si-ve προφύγω unde apud Homerum, Iliad. Z, 502. προφυγόντα μένος καὶ χεῖρας Ἀχαιῶν. H, 309. Ἀλκίνοος προφυγόντα μένος etc. Discrimen solum in forma vocis est. Προφεύγω s. προφύγω, est Particip. Activum, pro προφύγων, ut apparet ex casibus obliquis προφυγόντος, προφυγόντα. PROFUGUS vero ad litteram foret πρόσφυξ ut (in compositione cum eadem praepositione, sed in vicina nominis forma) πρόσφυξ, pro πρόσφυγς; s. πρόσφυκς, ex πρόσφυγος, πρόσφυκος. Hesychius: πρόσφυγα καταφυγόντα. Ubi laudatur, ab If. Vossio, Cyrilli glosa: πρόσφυξ, πρόσφυγος, ἐκέτης.

LAVINIA, si-ve (quod in aliis est) LAVINAQUE. Lavinia filia fuit regis Latini (Λατίνος) quem, teste Hesiodo, Theogon. vs. 1013. Circe pepererat, Λατίνον ἀμύμονά τε κλέτερόν τε. Λαῦνος et Λατῖνος (Lavinus et Latinus) unde Lavinius, et Latinus, haud dubie voces sunt formae cognatae: ut Laverna et Laterna, unde Lateraniones et Laverniones.

VENIT. A *veno*, cūjus productior forma *venio*. **VENO** autem, Graece *ῥένω*, cum digammate Aeolico praeposito, productum est ab *ῥνω*, cognato alteri *ἄνω*: quod Homerus servavit in *ῥνον*, Odysf. Γ, 495, 496. *ἔν' α' δ' ἔπειτα ῥνον ὁδόν*. Plura vide in Etymol. Lenn. v. *ῥνω*.

LITORA. A *litus*, sive potius antiquo *litor*, ut *corpora* a *corpus*, sive pp. a *corpor*. Nomen habet ab obsoleto *λῑεν*, i. e. *terere*, *atterere*: unde *λντός* *tenuis*, pp. *attritus*, et **LITUS**, „quod undarum appulsu attenuatur.” Scaliger. Cujac. cet. apud Voss. in Etymol. Vide et Etymolog. Lenn. v. *λντός*. Eadem ratio est vocis *לית* apud Hebraeos. (Lexic. Hebr. nostr. p. 167.)

MULTUM. Antiquis *moltum*, pro *molitum*, a Parat. Pasf. verbi *molior*: quod a *μόλω* *MOLO*, i. e. *verso*. Stirps *μόω*. Notio *vertendi*, *versandi*, translata est ad illam *strepitus*, *tumultus*, adeoque *multitudinis strepentis*. Vide Etym. L. vv. *Μάλα*, *Μέλλω*, *Μέλος*, *Μῶλος*. Conf. et *רנן* pp. *strepitus*, *multitudo*. Lex. Hebr. p. 120.

ILLE pro *ile*. Veteres dixere *ole*, et *ilus*, *olus*, unde in Nomin. Plurali *illi*, *olli*, in Dativo *illis*, *ollis*; pro *ollois*, Gr. *ὅλλοις*. Stirps est *ὅλω*, f. *ἔλω* quae verbi formae produci potuerunt ab antiquissimis Gr. *ι* et *ο*, notionem *substantivi verbi* praebentibus: unde *σιν*, *forem*. Redi ad p. xxxvi. Igitur ab *ι* isto, sive *ω*, est Futur. *ἔλω* hinc *ίς*, *is*, additoque *τε*, *iste* etc. Conf. Animadversf. ad Anal. Lenn. p. 301.

ET, pro *ἔτε*, f. *ἔτι*. Priori vocali reforbta, ab *ἔτε*, est *τε*. Vide Animadv. ad Anal. p. 308. et Etym. Lenn. v. *ἔτι*. et infr. p. LXII.

TERRIS. Terra antiquitus *terra*, *τέρρᾱ*, pp. formā adject. f. g. a masc. *τερρός*. Thema *τέρρᾱ*; Lat. *TERRO*; unde de *τέρρᾱ* et *τέρρῳ*, *τέρρῶ*, i. q. *deleor*; atque *ἡδὲ* *ἡδὲ*

cum reddo. Hesychius: *τέρπει· τέργει, ξηραίνει*. Idem: *τερταίνειν· ξηραίνειν*. Itaque rectissime, TERRA, a Vossio conferri videtur cum ἡ ξηρὰ, quod Hebr. *היבשה*, Oppos. ad mare, sive *aquas* *המים*, Gen. I, 9, 10.

IACTATUS. *Jacto* a *jactum*, pro *jacitum*, Supino verbi *jacio*: quod a *jaco*, *ἰάω*, forma verbi orta ab *ἱάκω*, s. *ἱάκω*, Praeterito perf. *ἔῃ ἰάω*. Hoc vero ab *ἰώ*, unde *ἰάω*, *ἰέω*, *ἰήμι* etc. Etymol. Lenn. v. *ἱαίρω*. etc.

ALTO (e), i. e. ἐν πόντῳ. Th. *alo*, cogn. *ἄλω*, *volvo*. Ab *ἄλω* est *ἄλῖα*, s. *ἄλῖω* quod, aspero spiritu prolatum, dedit Lat. *salio*, *salivi*, *salii*, vel *salui*, *salitum* pro *salitum*, *salire*. *Altum*, hac ex origine, pp. *convolutum*, *glomeratum*, notat: indeque *altitudinem*, ut Servius ait, *superiorem et inferiorem*. Vide Etymol. Lenn. v. *Ἀλῖω*.

VI. *Vis*, pro *vis*, i. q. *vis* a th. *ἰω*. Ipsum Lat. *vi* mansit in *ἰφι*, additum habente *φι* ut in *βίηφι*, quod ex *βίη*, forma cognata, et *φι*.

SUPERUM. *Superus* est Gr. *ὑπερος*. Vide Etym. L. vv. *ὑπὲρ* et *ὑπερος*. Anal. p. 159. 212.

SÆVUS. *Sævus* minus recte conferri videtur cum *σκιῶς*, i. e. *scævus*. Malim equidem repetere ab *ἄίω* (f), unde *ἄίσω*, *ἄίσω*, i. e. *tuo cum impetu vehementer*.

(e) *Alto* etc.] *Altus* haud dubie participium est verbi *Alto*, contractum ex *alitus*, significatque proprie *nutritus*; inde de eo ponitur, *qui in longitu-dinem excrevit*: hinc in genere notat id, quod nos dicimus *long* et *deep*.

(f) *Malim equidem repetere ab ἄίω*, etc.] Aliam sane facultatem habet Scheldius figendi voces Graecas, unde lati-

naeducantur. Ubi tandem istud *ἄίω*, hac significatione occurrit? Satisne est, quidvis coningere, ut latinae vocis originem, pro tuo arbitrio, e Graeca lingua ducas? Sane, si hoc modo grassari lubet; nulla jam latina erit vox, quae non facillime ad Graecani originem revocari possit. Quid? quod maior linguae belgicae pars eo modo e Graeca lingua repeti-

mentiori: vid. Etym. L. h. v. Ab *ἀῖς* igitur, *ἀῖς*, *ἀνῖς*, *σανῖς*, *saivus*, *saivus*. Inferunt est *digamma*, et ab initio adscitum *f*, pro spiritu. Ita ab *αἶψα*, *aivum*, *aerius*, a *λαῖς*, *laivus*, *laivus*. Rursus ab *ἐῖ* *sci*, *si*, ab *εἶδος* *scidus*, *fidus*.

MEMOREM. *Memor ira*, observantibus F. Vrsino, et illustri Heyne, ad h. l. Aeschilo erat *μνάμων μῆνις*. *Μνάμων* esse pro *μηνάμων*, a *μνάω*, quod pro *μνήω*, e *μῆνω*, (cui vicinum Lat. *maneo*) satis constat ex Etym. L. v. *Μνάμων*. Conf. et Etymol. Voss. in *Commentum*. De forma vocis *memor* nonnihil dubito, sitne ex *meni-mor*, a *μεμνήμαι*, an ex ipsa stirpe *μῆνω* (unde *μῆνω*) repetendum?

IUNONIS. *Juno* (g), Graece, vulgo, alia voce dicitur Ἥρα, i. e. HERA. Etym. Lenn. h. v. At JUNO nostrum, pro JUNON, (ut apparet ex Genitivo *Junonis* etc.) Italice *Gianone*, fluxit ex *ἰών*. Stirps est *ἰω*. Hinc *ἰω*, *ἰών*, iuvo: unde Cicero, et alii, *Junonem* dictam tradiderunt. Ab *ἰω* isto productior forma verbi illuxit *ἰώνω*, ut ab *ἰω*, *ἰώνω*, et hinc *ἰάω*, *repefacio*, pp. *remitto*, *laxo*, *disfolvo*. Itaque IUNO, s. IUNON, *ἰώνω*, i. q. *ἰαίνω*, pp. *remitto*, *laxans*, *solvens*, terram, glacie constrictam, vincula parturientium etc. aptum Ἥρας cognomen: quae et alibi *Juno pronuba*, *Juno Lucina* etc. dicitur. Terminatio Partic. *ων* c. g. erat, ut apud Latinos.

OB pro OP, (ut AB pro AP) ex *ὄπι*, ut *ἐπ'* pro *ἐπὶ*, ET pro *ἐτι* etc. Ὅπι illud superest in *ὄπιθε*, *ὄπιθεν*. Ὅπις, *ὀπίδος* (olim etiam *ὀπιος*) unde *ὀπί*, *ὀπι* (ut *ὀπί*, *ὀπι*)

potest. Ceterum *saivus* multo rectius ad *σακίος* referri videtur.

(s) *Junonis* e c.] Origo

vocis incerta, quidquid dicat Scheidius, qui suum *ἰών* et *ἰω* sibi habeat.

ἔφ.) pp. *respectu*, *consecutione*, vim accepit particulae, *causam* notantis.

IRAM. *Ira*, ἱρά, i. q. εἶρα ab εἶρω, pp. *committo*. Cognata voci nostrae est alia ἔρις de qua inferius, ad Iliad. A, vs. 8.

QUOQUE compos. ex *que*, Gr. καί, et *quo* i. e. πῶ. Red. ad p. XLVIII.

BELLO (*h*). *Bellum*, nisi sit pro *duellum*, potest fluxisse a βέλλειν, pp. *movere vehementius*. Hesych. βέλλειν, μέλλειν. Μέλλω autem, pro μέλω, a μέω *moveo*, etc. Eadem vis est in βέλω, vicino alteri βάλω unde βάλω etc. Hoc pacto *bellum* a *motu vehementiori* dictum foret: ut Lat. *tumultus*. Formam βέλος, n. g. Graeci servarunt pro *telo*, aliove instrumento, magna vi excusso.

PASSUS. Lat. *pati*, et Gr. πάσχειν, ambo sunt a πάω pp. *premo*. Hinc πάσω, πάσγω, πάτχω. Ab eodem πάω, est πέπαται, πατέω, πατίω &c. Etym. γ. πάτχω. Supinum PASSUM est a πάω, πάτω.

DUM pro *dume*, ut *cum* pro *cume*: a δύω, δέδυμαι, i. δύμι. Indic. Etym. his vv.

CONDERET. Comp. ex *con*, s. *cum*, Gr. κτὸν, ἔων, et verbo *do*, s. *doo*, respondente Gr. δῶ. Etym. γ. σὺν et γ. δένω.

URBEM (*i*). *Urbs*, pro ὕφης, vicina vox alteri ὕφης
or-

(*h*) *Bello* etc.] *Bellum* dici pro *duellum*, inde pater, quod haec vox saepe apud priscos occurrat; ut Scheidiana derivandi ratione nihil opus sit. Descendit autem a *duo*, signi-
ficatque adeo proprie *pugnam*, s. certamen duorum hominum, deinde etiam *exercituum*. quae prius erant circumducta aratro, ab orbe et urbo URBES etc. Festus, URBAT, Ennius in *Andromeda*, significat circumdat, ab eo sulco, qui fit in urbe condenda urvo aratri, etc. Hinc pater, URBIS dici ab *urbus*, s. *curvus*, h. e. *curvus*; quae posterior vox convenit cum Graeco κατὰς. Eam vocem Lenne-

(*i*) *Urbem*, etc.] Varro de l. l. p. m, 24. — *Oppida*, *oppidis*. Eam vocem Lenne-

pius

orbis. Litera *h* est infinitiva. Th. *uro*, f. *oro*, cogn. *aro*, *ero*, *iro*, pp. *neō*, pec. in *circum*. Cicer. pro Sext. c. 42. *domicilia conjuncta*, quas *URBES* dicimus.

INFERRETQUE. *Infero* est Gr. ἐμφέρω, pro ἐνφέρω. Pro ἐν, ex dialecto, IN dicitur.

DEOS. Gr. θεός. Hoc ipsum tamen fortasse θεός, per θ, est pro δέ-ς. Etym. v. Ζεύς et v. θεός.

LATIO. LATINUM. Vide dicta in *Lavinæque* p. I.

GENUS, Gr. γένος. Th. *geno*, γένω, unde γιγνώσκω, γίγνων *gigno*, ut pro μιμένω, μίμνω.

UNDE, Gr. ὅθεν, reſecto ν, ut INDE Gr. est ἐνθεν.

ALBANI. Adject. in *mus*, f. *vos*, ab *Alba*, ἄλβα, f. ἄλφα, nom. propr. f. g. ducto, ab Adj. ἄλφος. Ab ἄλω, ἄλος, ἄλφος, ἄλφος, ALBUS. Etym. v. ἄλφιτον. Anim. ad Anal. p. 297.

PATRES, pro *pateres*, πατέρες. Sing. *pater*, πατήρ, πατέρος, πατρός. Etym. v. πατήρ.

ATQUE. Ex *que*, κε, et *at* pro *ati*, ἄτι, quod Dorice dicitur pro ἔτι.

MOENIA (*k*). A Singul. *moene*, quod Festus, ex Ennio, fervavit. Ducta vox est a μύω, *claudo*. Ut a γύω, γύνω, sic a μύω, μύνω, μύνομαι. Etym. v. Μύνομαι. Est igitur *moene*, pp. *ambitus*, *septum*, quo quid *clauditur*. Unde passim *moenia coeli*, *moenia mundi* pro *ambitu* &c.

ROMAE, *Roma*, ῥώμη, Dorice ῥώμα. Stirps ῥώω, Etym.

pius in Etymolog. a κύρω re-
petit; cujus originem esse
κύω, ibidem dicit Scheidius:
quae sententia non improba-
bilis. (*k*) *Moenia* etc.] Quae de
origine hujus vocis habet

Scheidius, vera puto. Ce-
terum nullum est dubium,
quin vox cognata sit verbo *mu-
nio*. Nam *oe* et *u* permutata es-
se a Veteribus, nota res est. Sic
v. c. pro *mutus* dixere *moetus*,
pro *maenera moenera*, etc.

ETYM. h. v. — MUSA, Gr. *Μῦσα*, pro *μῦσα*. Etym. v. *Μῦσα*.

Μῦθ pro *μῦ*, f. integro *ἐμῖ*, a Nom. obfol. *ἐμῖς*. Vide Animadv. ad Anal. p. 286.

CAUSAS. *Causa* f. *causa*, a *καὶ* *ώ* *pungo*, *stimulo*. Indic. Etym. h. v.

MEMORA. Verbum *memoro* est a *memor*, ut *honoro* ab *honor*, *decoro* a *decor* (1). In Imper. *ama* est pro *amae*, *ἄμαε*. Ita *memora* pro *memoraē*. Stirps *μέω*, *μένω*. Etym. v. *Μνέομαι*.

NUMINE. „ Ut a *fluo*, *flumen*, sic a *nus*, *numen*, (m)” Forcel. *Nus* Gr. *νεύω*, unde *νεῦμα*, vox vicinac formae. Nostrum *numen*, foret Gr. *νευμήν*, formae *ποιμήν*.

LAESO. *Laedo* est Gr. obfol. *λαῖδα*, unde *λαιδόρος*. Vicina forma verbi fuit *λάζω* *arripio* vehementius. Th. *λάω*. Etym. v. *λάζομαι*.

QUIDVE. Lat. *quid*, pro *quide*, Gr. *τίδε*; littera *τ* in *κ* five *qu* mutata, more Dorum, qui *τόκα* dixere pro *τότε*. Vosf. Etymol. in *Quis*. Adjectum a fine, *ve*, est Gr. *ῆ*, unde *εῆ*, *ve*.

DOLENS (v). *Dolere* pp. *compungi*, *fodicari*. Indic. Etym. h. v. Participia Graec. olim in *νς* desinebant, ut *τιθέης*, unde neutr. *τιθέν*. Analog. p. 129.

REGINA. Ducta vox a *regi* (o), Dat. nominis *rex*, pro *regs*, *ῥέγος*. Etym. v. *ῥέγγω*. Hinc. *ῥέγνος*, *ῥεγνίη*.

DEUM,

(1) *Decoro* a *decor*.] Imo a *de us*; media enim syllaba a p. etis corripitur.

(2) a *nus*, *numen* etc.] *Numen* contractum ex *nui-* men, a *nus*, quod oritur a Graeco *νῦα*, f. *νῦα*.

(3) *Dolens* etc.] *Dolere* videtur cognatum verbo anti-

quo *δέλω*, unde *δῆλος*, *δη-* λῶ, etc. *laedo*, *noceo*. Hinc per metonymiam *doloris* notio videtur mansisse.

(o) REGINA. Ducta vox a *regi*, Dat. nominis *rex*, pro *regs*, *ῥέγος* etc.] At *ῥέγος*, f. *ῥέγος* longe aliam habet significationem. Vid. lexica.

DEUM, θεῶν. Genit. Plur. in *prima* et *secunda* decl. apud Latinos, *r* adsumsit, in media vocali terminationis *ων*. Itaque idem *r*, per contractionem, a poetis elidi meruit.

TOT, pro *tos*, ex Gr. τὸς, quod integre τέτος. Vid. Vosf. Etymol. in voce.

VOLVERE. *Volvo*, est ab ἄλω, unde ὀλύν, ρολύν, VOLVO. Etym. I. vv. Ἀλέα, Ὀλέα, etc. Vid. infra p. LX.

CASUS (*p*). Ανάω, χάζω, pp. *cava mole ruo*. Hinc χάσω, χάτος. Indic. v. *Cado*.

INSIGNEM. *Signum*, docente *Is. Vosfio*, (ad Etymol. parentis sui) est Gr. εἰκόν. Ab εἶκω, εἰκίς, εἰκνύς, εἰκνύς, et loco spiritus, adhibito σ, σεικνύς, σεικνύδν, SIGNUM. Hinc, praeposito ἐν, s. IN, insignis.

PIETATE. *Pius* haud dubie est a Gr. πῖω, cui vicinum Lat. *pio*, pro *piao*, *piavi*, i. e. *compesco*, *subigo*, *placo*. Etym. v. πῖω. Itaque *pius* pp. est *placidus*, *mitis*, *obediens*. *Coculum pium*, *dies pius*, pro *placido* dicitur. Plura dabunt *Gesnerus* et *Porcellinus*.

ADIRE. Ex *ad* et *ire*. Prius *ad*, pro *adi*, (ut *ac* pro *aci*) ab *ado* (*q*), ἄδω, *premo*, *adigo* (Etym. vv. Ἀδάγκης, Ἀδέω, Ἀδμυνέω et Ἀδω) Post. *ire*, inf. verbi *eo*, s. cognati *io*, *īo*, cuius productior forma ἱέω, s. ἱέμι, dedit Gr. ἱέναι. Ipsum radicale verbum ἱ, (unde *ire*, Ionicum ἱμεν) superest in benemultis aliis for-

(*p*) *Casus* etc. Hanc vocem repetendam esse a supino *mole ruo*, et quid sit *cava mole ruere*, ipse viderit. (*q*) Ad *pro adi*, etc.] *Ad* dici pro *adi*, mihi quidem non probabile videtur. Nec originem vocis, quam ab *ado*, ἄδω repetit Scheidius, certum puto.

formis, ad verbum Gr. *εἶμι*, et Lat. *eo*, referri solitis. De primigenio *ι*, (quam, resecta terminatione *re* s. *μεν*, ex *ire* et *ἵμεν*, lucratur) redi ad p. xxxvi.

LABORES. Ut ab *amo*, *amor*; ab *aequo*, *aequor* cet. (Animadversf. ad Anal. p. 259.) ita a *labo*, *labor*. *Labo* autem repetendum est ex simpliciori *λάω*, s. *λα* unde factum est, litera *β*, Aeolum more inserta, *λάβω*. Idem *λάβω* superest in Gr. *ἐλαβον* &c. sub verbo *λαμβάνω*. Ipsum vero *λάειν* pp. significavit *arripere*: unde *λάσιος* *hirsutus*, pp. *qui arripi potest* crinibus &c. Dixerunt *λαμβάνειν* *ἔργον* pp. *arripere opus*: unde notio *operis*, s. *laboris*. Vide Vosf. Etym. in voce, et Etym. L. vv. *λαβρός*, *λάσιος*, etc.

IMPULERIT. Ab *impello*, s. potius a forma veteri *impulo*. Usitata Gracis fuerunt *πάλω* (unde *πάλλω*) *πέλω* (unde *πέλλω*) *πόλω*, *πύλω* quorum omnium notio propria est in *vehementiori motu*, quo quid *agitur*. Plura dabit Etym. v. *πάλλω*, *πέλω*, etc. E *πάλλω* Graecis quoque superest *ἐμπάλλω*, pro *ἐνπάλλω*, cui cognatum Lat. *IMPELLO*.

Offendimus hactenus, Latinas voces Virgilii esse Graecas. Vicissim nunc demonstrandum erit, Graecas Homeri esse Latinas: idque facere conabimur in his Homeri, Iliad. A, vs. 1--12.

Μηνιν κείδε, Θεα, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
 Οὐλομένην· ἣ μυρὶ Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε·
 Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς αἶδι προΐαψεν
 Ἑρῶν, αὐτὰς δ' ἑλώρια τεύχε κυνεσσιν,
 Σιώνισι τε πασι· Διὸς δ' ἔτελειετο βελή·
 Ἐξ ἧ δὴ τα πρῶτα διόσσητην εἰσαντε
 Ἀτρεΐδης τε ἀναξ ἄνδρων, καὶ διὸς Ἀχιλλεύς.
 Τίς τ' ἄρ' σφωε θεῶν ἑριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;

Ἀγλαῖα καὶ Διὸς διὸς· ὁ γὰρ, βασιλῆϊ χολῶβει,
 Νῆστον ἀνα κρατοῦν ὥρτε κακὴν. Ὀλέκοντο δὲ λαοί·
 Οὐνεκα τὴν Χρυστὴν ἡτιμῆτ' ἀρητήρα
 Ἀτρεΐδης.

In quorum tamen vocabulorum analysi, cave expectes, Latina Graecis verbotenus responsura esse, Graeca lingua incredibile quantum locupletior est fove sua Latina. Itaque ipsa quidem Graeca omnes, propomodum, voces, in suis thesauris, ostendere nobis potest, quas Latina adservavit: at hodierna Latinae linguae paupertas vix patitur, ut decem vocibus Graecis, unam opponamus vocem Latinam. In magni regis gazophylacio millenae myriades numerum sint, interque hos bene multi longe diversissimae monetae: possideat princeps alius millia aliquot numerum in suis thesauris. Hujus quidem numi propomodum omnes ad illos magni regis exigi poterunt: at quis regios illos omnes, in accisa principis, longe pauperioris, penu, reperturum se speret? Hoc sibi qui persuaferit, nunc ille pari facilitate immensas oceani divitias, in vicina urbi nostrae maris particula, expectet. Sed videamus, quot voces Latinas in ipso Iliados initio demonstrare nobis contigerit.

Μῆνιν (r) Lat. *furorem, insaniam*. Ipsam vocem non videtur adservasse Lingua Latina: habet tamen, civitate Latina fortasse donatam, formam MĒNAS, *maenadis*, *μαινάς, μαινάδος*. Seneca in Troad, vs. 673. *qualis deo*

Per-

(r) Μῆν etc.] Scheidius, esse latinas, quae origine et qui pollicitus esset, se, Graecas Homeri voces esse latinas, demonstrationem, non plane sufficit tam magnifica promittenti, alii viderint.

Percussa MĒNAS, et alibi. Juvenalis etiam Sat. VI, 315. *vinoque feruntur Attonitae, crinemque rotant, nilulanteque Priore* MĒNADES. Th. μᾶνω, f. μαίνωμαι, Etym. L. h. v. Unde a Plinio H. N. Libr. XXI, 13. *mel ab infania, quam gignit, maenomenon vocari* dicitur. Indicium horum similiumque, (quae passim, ex scriptoribus Latinis, laudo) diligentiae Gesneri et Forcellini debemus. — ᾄδει. Vox Participialis, hinc ducta, ᾄδων, ᾄδοντας, AĒDON, AĒDONIS, apud Latinos quoque servata est. — θεῶν est Lat. DEUS; ut θεῶ, pro θεός, DEUS. Conf. in Etym. Lenn. v. Θεός. Παλλήϊδεω Ἀχιλλῆος, *Pelidae Achilles*. Nomina Graeca: illud patronymicum, hoc proprium viri. Terminatio ω, f. eo, quae contracta fuit in ε, responderet illi Lat. in ei, secund. declin. ut illa in ηος, Lat. is, declin. tertiae.

Οὐλομένην pp. VOLVENTEM SE, f. *magno cum impetu furentem*. Ab ὄλω, f. οὔλω, pp. *volio*, est Lat. rōlō, *volo*, *vis*, *velle*, pp. *volvere animo*. Pass. f. Med. ἔλωμαι, praemisā β, Aeol. βέλωμαι. Idem ὀλωμαι, Lat. *volomai*, dedit Partic. *volomenus*, *volomnus*, f. *volumnus*, pp. *provolutus*, *inclinatus*, h. e. *benevolus*: unde VOLUMNUS et VOLUMNA, infantibus propitii dii. Alio flexu ὄλεσθαι *provohi* dicitur, qui *infesto cum impetu aggredditur, vastatque, ac perdit*. Ab ὄλω, ὄλλω, ὀλλύω, ὀλλυμι, Aetiva forma usitata est. — ἡ Lat. HÆ, in haec pro haecce, ἦγε. Anim. ad An. p. 303. — μυρία, pp. *spissos*, *densos*, numero, f. mole. Α μύω *premo*, *denso*, est μύρος MYRUS, MURUS, pp. *condensatus*; et μύριοι, pp. *densi*, pec. *decies mille*, Hebr. רבבה. Etym. h. v. — Ἀχαιοί pp. ACHÆIS. Ex Aeol. Ἀχῆϊός, Ἀχῆϊος, est Lat. ACHIVUS. — ἄλγεα, ab ἄλγος, th. ἄλγω, pro ἀλγῶ, pp. *versor huc illuc*, prae dolore, frigore etc.

etc. unde ALGOR, ALGUS etc. Etym. v. ἄλγος. — ἔθηκε *posui*, pp. *tetendit*. Th. θέω, f. τέω, unde τέγω, τένω TENDO. Etym. v. Τέω et Θέω.

Πολλὰς, a πολλὰς, f. pp. a πολλὰς pro πολλὰς. Th. πέλω, f. πόλω, pp. *versio*, *versio*, unde πόλος POLUS. A *versando* est notio *multitudinis*: ut in Lat. MULTUS. Etym. v. πολλὰς, et supr. p. LI. — δὲ Etym. h. v. — ἰφθίμας. Ut ab ἔψι, ἔψιμος, sic ab ἔφθι, cogn. ἔψι, ἔφθιμος. Th. ἴω, unde ἴς, ἴς, vis. Vid. p. LI. — ψυχὰς Etym. v. ψύχω. — αἰδὶ ab αἴς, th. αἴω (s), αἴω, pp. *spiro*, *exhalo*. Etym. v. Αἴδης. — προϊάψεν *praemisit*; ex πρὸ Lat. PRO (f. πρῶι, PRÆ, Etym. v. παρά.) et ἰάπτω, pro ἰάπω Th. ἴω, ἴτω, ἴτω, unde MITO, MITTO. *praemisit m.* Anal. p. 208.

Ἡρώων HEROUUM. Etym. h. v. — αὐτὰς Etym. h. v. — ἐλῶρια, ab ἔλωρ. th. ἔλω, unde ἔλω *traho*, Belg. *slepen*, f. SEULEN. Uti, ab ἔλω, est σέλω, sic a cogn. ὄλω, f. ὄλω, est *solco*, et hinc *solcus*, *filius*. Etym. v. Ἐλκος. — τεύχε, a τεύχω, cogn. τέχω, unde τεχόνη, τέχνη, TECHNÆ. Etym. v. τέχνη. — Κύνεσσι *canibus*. Vox Gr. κύων, (pp. partic. Activ. verbi κύω) Genitiv. habet κυνὸς, ductum a κύων, quod vicinum alteri κύνω (1), unde Lat. CANIS. Etym. v. κύων.

Οἰωνοῖσι pp. *solitariis*, i. e. alitibus majoribus. Οἶος est *solus*: Aeol. οἶνος, Lat. OENUS, UNUS. Hinc οἰωνὸς, ut

(s) αἰδὶ, ab αἴς, th. αἴω, etc.] (1) Quod vicinum alteri κύνω etc.] Haec valde sunt incerta. Nec satis puto constare, unde αἴς, reperitur? Cur autem, si κύνω graecum est, lat. *cano*, a graeco κύνω h. e. *cano* (vid. r. 48.) ducit Scheideus, cum ipsum κύνω hic, ut Graecum, commemoret?

ut ab ὕδης, ὕανός· — τε pro ἔτε, Lat. ET: Ab ἔτε, τε
ut ab ἐμέ, μέ. — πᾶσι a πᾶ, pro πάσις, Etymol. h.
v. — Διὸς *jovis*. A Nomin. obsf. δις, Lat. DIS.
Vicina huic forma fuit δεύς, DEUS, unde σδεύς, δεύς.
Vid. clar. Burgesf. cit. Etymol. v. Ζεύς. — Ἐτελείετε,
a τελείω f. τελέω, quod a τέλω, pp. *protendo* (u), unde Lat.
TELA, TELUM. — βάλῃ, a βάλω. Th. ἄλω. Hinc ἔλω,
βάλω. Hinc et ὀλώ, φολύω unde VOLUNTAS, aequae ac
VOLVERE Lat., ductum est.

Ἐξ Lat. EX. — ἔ pro ἔο, a Nomin. ες f. ab anti-
quo ε. Respondet fere Lat. hoc pro ἔγε. — δὴ *sane*.
Etym. h. v. — τὰ πρῶτα *primum*, q. d. *prima*. Est
Accusf. Plur. vocis πρῶτος, quod a πρῶ, pro πᾶσι (v),
Lat. PRO. Etym. v. παρά. — διαστήτην, ex δια, et στή-
την, quod pp. est 3 dual. a Sing. στήν, vulgo ἔστην, ad-
risto secundo, sive potius imperfecto, verbi εἴμι,
cogn. εἶω, Lat. STO, pro STAO. Etym. v. Στάω. Al-
terum δια cognata forma est Lat. DIS. — ἐρίσαντες, pro
ἐρίσαντες. Dualis enim Graecorum, ut apud Orien-
tales, e forma plurali orta est, ut, cum aliunde,
tum vel ex solo illo Ἀτρεΐδαι Il. A, 16. 17. satis con-
stat. Th. ἐρίζω, ab ἔρω, Lat. SERO, *consero*, *committo*.
Etym. v. ἔρω.

Ἀτρεΐδης ATRIDES. — ἄναξ *rex*, pp. *tollens*, *erigens*
se, respondet, forma sua, Lat. ANAS: ut, contra Ἀϊας,
plane est Lat. AJAX. — ἀνδρῶν, pro ἀνέρων, unde (δ
in-

(u) Ἀ τέλω, pp. *protendo*, [*paxillus*, *velum*, pro *vexil-*
etc.] Probandum fuerat, *cam*, [*lum*, etc.]. Vid. Cic. Orat. 45.
quam dicit, esse verbi τέλω pro-
priam significationem: quod
fieri posse, non puto. *Tela* (v) *Quod a πρῶ pro πᾶσι* etc.]
haud dubie a *texo* ortum dici-
tur pro *teae*, ut *palus*, pro-
ctum est ex πρῶτα etc.

inserta, et ε, per crasin, ejecta) ἀνδρῶν. — Utrumque vocabulum, ἀναξ et ἀνὴρ, eandem redolent originem, ex stirpe ἄνω, Etym. v. Ἀνὴρ. — Καὶ, et responderet alteri κε, et Lat. QUE. Etym. v. καί. — Δῖος, pro δῖος, nobilis, pp. DIUS, quod idem, ac 'productior forma vocis, DIVINUS. Est autem hoc δῖος, DIUS, manifesto ductum a Δῖ, Dativo vocis Ζεὺς, sive potius Δις DIS: de qua dictum p. LXII.

Τίς, quis? Pro τίς, Dorice, per κ, pronunciatum fuit, κίς, unde Lat. quis? Redi ad p. LVI. Literarum istarum (τ, ς, et κ, γ) permutationis manifestum quoque exemplum est in Hebr. adfixo pronomine γ, ducto ex ᾤ, III. — τ' ἄρ, ex τε et ἄρ, pro ἄρα. De τε supra dictum, p. LXII. Posterius ἄρα (explicitum quoque in Etym.) ortum est a th. ἄρω, Lat. ARO. Utrumque τε, nisi malis τδ, et ἄρ, concurrunt in Lat. igitur, s. EIGITUR, conflatō ex εἰ γέ τε (s. τδ) et ἄρ, Ind. Etym. h. v. — σφῶς eos, nempe, ambo. De hac voce data opera egimus in Anidmadversf. ad Analog. p. 288 ff. — ἐρις, contentione, sive irā. Nomina ἐρις, et ira, sunt ejusdem familiae. Ind. Etym. v. Ira. — ξυνέμης commissit. Ex ξύν csum, cum, de quo vid. Etym. et ἐμκε, pro ἐμκε, Aoristo verbi ἔμμι, s. ἔω, mitto, cujus stirps ἔω, io, praemisā μ, m, Is. Iosio ipsum Lat. MITTO dedisse censebatur. Nempe a mio, analogice foret in Futuro miso. Hinc MITTO, et dein MITTO, MISI, MISSUM, MITTERE. Cf. supr. p. LXI. et Animadv. ad Anal. p. 512. — μάχεσθαι pugnare. Observarunt viri eruditissimi, Homerum vocibus μάχη et μάχεσθαι, non de sola pugna, sed etiam de magna contentione uti. Quod ipsum eximie responderet vocum harum origini. Stirps nimirum est μάω, cognata alteri μών. A μάω producta sunt μάχη, μάχω, μά-

μάχομαι' ejus quidem formae, five μάχω, five μάγω, propago certissima est Lat. MAGIS. Quin et ipsum MAGNUS, pro MAGINUS, in Ind. Etymol. hoc ex fonte repetitum. Α μάω est μάω μωο, MOVEO.

Δητός LATONE. In Accusativo casu, pro Δητός, est Δητὸς: apud Herodotum etiam Δητῶν. Prius illud Δητός, (Dorice Δατός) demonstrat cognationem cum Latona Latinorum. — υἱός, *filius*. Ab ὕω FUNDO, FUDI. Pro ὕω dixerunt ἔω, φῶν hinc φύλας, et forte φύλιος, unde FILIUS. Vide Etym. v. φύω. — ὅς hic. Ex ὅς est Lat. hoc. Vide Animadv. ad Anal. p. 300. ad 306. — γάρ Graeci fortasse dixerunt, pro γαρὰ, ut παρ' pro παρά. Παρὰ autem est a πάρω, Etym. v. παρά. An item γαρὰ a γάρω, ejus th. γάω, Etym. v. χάω. Α γάρω, γάρων, Lat. GARUM, *liquamen* notat. Hincine γαρὰ, γάρ, Adverbialiter positum pp. illud innuit, *quod liquidum sit*, et *splendore suo oculos feriat*? Conf. Etym. vv. Γε et Γελάω. — βασιλῆϊ χολαβῆς. Etym. v. Βασιλεύς et v. χολή.

Νῆσσαν Iones, ceteri νέσσαν, *morbam* dicebant, a νόω, unde νέωμαι, νόω, NOCEO. Itaque Gr. νότος, et Lat. NOXA, voces cognatae sunt. — κακῶν Lat. MALUS, pp. notat MOLLEM, *ignavum*. Ind. Etym. h. v. Eadem metaphora est in Gr. κακός, orta a κέκω, s. κέχαμα, th. χάω, cogn. χέω, unde CEO. Etym. v. κακός et v. χάω. Νῆσσαν κακῶν, (ut Belg. *cene kyade ziekte*) eximie dixerunt *pestem*. — στρατὸν *castra*, pp. STRATUM. Etym. v. Στρατός. — ὤρσει, pp. ORIRI FECIT, s. *excitavit*; pro ἔωρσε, s. ἔωρσε. Est 3 Sing. Aoristi Indicat. verbi ὥω unde productiores formae enatae sunt ὀρέω, ὀείω, ORIO, Latinis forma Deponentis, s. Medii verbi, ORIOR. Etym. v. Ὀρέω. Notetur h. l. forma antiqua, s. perfecta, Aoristi ὤρσε. Analog. p. 50. — ἀλέκοντο, pp. VOL-

VEBANTUR, f. PRÆCIPITABANTUR, in exitium, ab ὀλέκω, quod ab ἐλέω, ὄλω, unde ὀλλυμι, ὀλύω, πολύω, VOI-VO. — λαοὶ COPIÆ. Etym. h. v.

Οὐνεκα, pro ἔ, i. e. HUIUS, f. CUJUS, et ἔνεκα, i. e. CAUSSA, Etym. h. v. — Χρύσην CHRYSEN. — ἡτίμησεν, contumelia adfecerat, pp. NIHILI ÆSTIMAVÉRAT. Εὐὰ privante, et τιμάω, TIMO, quod superest in Lat. ÆSTIMO. — ἀρητῆρα pp. ORATOREM (x). Ἀράω, et ὀράω, Lat. ORO, pro ORAO, verba vicina sunt. Formae in τῆρ, et τωρ, i. e. Lat. TOR, eandem fere vim habent. Ἀρότηρ est Lat. ARATOR etc. Vide Analog. p. 151--153. et Valcken. Observ. p. 49.

Hæc quidem pro tenui specimine sufficiant: ex quo tamen ratio Latina cum Græcis, et Græca vicissim cum Latinis, comparandi paullo plenius intelligatur. Ea certe (nisi vehementer fallor) in hoc sita est, ut verba singula cum verbis, phrasēs cum phrasibus, ad amussim quasi exigantur, nihilque plane hic admittatur, quod ab analogiæ certissima regula deflectat: misis quoque omnibus anomaliarum, et exceptionum (quas nostra ignorantia invenit, ipsa lingua ignorat) tricis atque impedimentis.

Permulta nobis sunt in studio linguarum, huc usque, obscura, et pæne investigabilia: sed multa, de quibus olim desperabatur, postea inventa sunt, et sua luce nunc radiant. Plura reperiemus, modo via ac ratione semper procedamus; aurei illius dicti Schul-tenfiani in primis memores, „ quo plures linguæ ad-

(x) ἀρητῆρα pp. oratorem etc.] dubitari non potest; ἀρετῆς, Fortuitam esse harum vocum ab ἀρεταίς: quæ verba cum in litteris convenientiam, facile patet. Orator fluxit ab origine tamen differunt, oro, quod quin ad os pertineat,

discantur, et secum invicem componantur, eo faciliorem accidere singularum linguarum veram intelligentiam." Quod tamen minime ita accipiendum est, ac si omnes, quotquot in toto terrarum orbe vigent, linguae, ex una primaeva, sive Hebraica sive Graeca, sive alia quacumque, originem suam repetiissent; aut, quasi verba Graeca, Latina, Germanica, ex Hebraicis Arabicisque etc. (sono et pronuntiatione quodammodo vicinis) essent illustranda. Ratio haec linguas tractandi (quae vel ipsi G. J. Vossio, at quanto viro! saepissime fraudi fuerat) ab eruditissimo ejus filio, Isaaco Vossio, summo jure est repudiata. At alia longe res est, ubi comparatio instituitur, non ipsorum adeo *sonorum* (quos voces in diversis linguis fundant) quam *significationum*, quas, per easdem metaphoras, aut metonymias, diversissimae saepe voces simillimas, quin plane easdem, acceperunt. Talium quidem comparatione, me judice, in linguis recte tractandis, nihil utilius est; atque ea de causa, saepissime ea norma a Schultensiis, aliisque viris summis, adhibita est: quorum vestigia nos quoque legere instituimus.

Restat tertia prolegomenorum nostrorum pars: in qua de ipsa editione Lennepiani hujus Etymologici, sive *Observationum ad stirpes linguae Graecae*, dicenda quaedam forent.

Inchoaverat illud opusculum cl. Lennepius, in usum praelectionum domesticarum, anno, ni fallor, MDCCCCLXII, quo anno Aristophanis Plutum elegantissime explicantem optimum virum audivimus; Stirpium vero harum enarrationi non potuimus interesse. Sed exceperant eam calamo suo honoratissimi duo commilitones nostri, iidemque amici carissimi: qui, id rogati, exemplaria sua, accuratissime scripta, ad editionem (nostro, aut

bibliopolae potius, honestissimi viri, G. T. Paddenburgii, periculo, sumptibusque suscipiendam) quam officiosissime nobiscum communicarunt. Quo nomine gratias ipsis publice nunc ago, habeoque maximas; nec dubito, quin mecum habituri sint, quotquot Etymologicum hoc, tanquam primas lineas dexterrimi artificis, tironum in gratiam ductas, (quas ipse auctor implere non potuerit, morbis impeditus, morteque, Musis acerbissima, literis his creptus) suos ad usus adhibuerint.

Quid me moverit, ut edere auderem ab ipso suavissimo praeceptore nostro non edita, neque illo habitu, si vixisset, unquam fortasse edenda, de eo satis dixisse mihi videor, in praefatione ad alteram Analogiae ejus editionem, quam superiori aestate curavius. Dicta ibidem huc quoque transferri velim: lectoremque eruditum magno opere rogo, ut, si quid, nimio erga optimum elegantissimumque praeceptorem amore, peccaverim, mihi illud ignoscat, simul et aequi bonique consulat, quae de nostra qualicumque penu (in posteriori praesertim libri parte) adjecimus, ad supplenda utcumque illa, quae ipse Lennepius, infirmiori valetudine praepeditus, sub finem curriculum Academici, ut fieri solet, imperfectiora relinquere coactus fuerat. Adhibuimus quoque cum in finem, cum alia subsidia, veterum potissimum Grammaticorum, ab Hesychio et Etymologici magni auctore congesta, tum vero in primis excerpta e praelectionibus summorum virorum, eorumdemque Lennepii quoque praeceptorum, T. H. et L. C. V. quorum pretium facile aestimabunt harum elegantiarum haud imperiti lectores.

LXVIII PROLEG. AD ETYMOLOG.

Lennepii nostri vitam brevissime, sed accurate admodum, descripsit vir summus, quem modo nominavi, et ipse jam, una cum carissimis discipulis suis (quos, in Lennepii vita, laudavit) *Hightio*, *Pierfons*, *Koenio*, mortalitati huic ereptus, L. C. Valckenarius, in Praefat. ad Phalaridis Epistolas Lennepii, Groningae editas, anno c1818cclxxvii.

Plura, quae addam, non succurrunt. De Indice Etymologico, quo praecipuas voces Latinas suis originibus reddere studuimus, alii judicent, rudibusque ignoscant initiis. Haud pauca, Indici isti inserta, deprehendet lector, quae, in ipso Etymologico Graeco, non legantur, curasque arguant posteriores: multorum denique vocabulorum indicatas tantum stirpes videbit, accuratiori examini subjiciendas. Dabam Har-derovici Gelror. Nonis Majis, c1818cclxxx.

EV. SCHEIDIUS.